Tunc plus valebunt sancta opera: quam multa pulchra verba. Tūc plus placepit stricta vita ⁊ ardua penitentia quaꝫ omnis delectatio terrena. Disce nunc in modico pati vt tunc a grauioribus valeas liberari. Hic primo proba quid possis pati: postea. Si nunc taꝫ parum non vales sustinere: quomodo poteris tunc externa tormenta sufferre. Si modo modica passio iam impatientem efficit: quid gehenna tunc faciet? Ecce vere non potes duo gaudia habere delectari hoc in mundo: ⁊ postea regnare in celo cum christo. Si vsque in odiernum diem semper in honoribus ⁊ voluptatibus vixisses: quid totum tibi profuisset si iam in instanti mori contingeret? Omnia ergo vanitas preter amare deum: ⁊ illi soli seruire. Qui enim deuꝫ ex toto corde amat: nec mortem nec suppli/

cium:nec iudicium:nec i
fernum metuit:q: perfe-
ctus amor securum acces
sum ad deum facit. Quē
autem adhuc peccare de
lectat:non mirum si mor
tem ⁊ iudicium timeat.
Bonum tamen est:vt si
necdum amor a malo te
reuocet:saltē timor gehē
nalis cohereat. Qui ve-
ro timorē dei postponit:
diu stare in bono non va
lebit:sꝫ diaboli laqueos
cicius incurret.

De feruēti emēdatiōe
totius vite nr̄e. Cap. xxv.

Esto vigilans ⁊ di-
ligens in dei serui-
tio:⁊ cogita frequē
ter ad quid venisti:⁊ cur
seculum reliq̄sti. Nonne
vt deo viueres: ⁊ spiritua
lis hō fieres:igit̄ ad pfe-
ctum ferueas:q: merce-
dem laboꝝ tuoꝝ in breui
recipies:nec erit tunc am
plius timor aut dolor i fi-
nibus tuis. Modicū nūc
laborabis ⁊ magnam re-
quiem:immo perpetuaꝫ
leticiam inuenies. Si tu
permanseris fidelis ⁊ fer
uidus in agēdo deus ꝓ-
culdubio erit fidelis ⁊ lo-
cuples i retribuēdo. Spē
bonaꝫ retinere debes ꝙ
ad palam peruenies: sed
securitatem capere non
oportet: ne torpeas aut
elatus fias. Cum enim q̄
dam anxius inter metuꝫ
⁊ spē frequenter fluctua-
ret ⁊ quadam vice mero-
re cōfectus in ecclesia an
te quoddam altare se in
oratione ꝓstrauisset: hec
inter se reuoluit dicens:
O si scirem ꝙ adhuc per
seueraturus esseꝫ statiqꝫ
audiuit intus diuinum re
sponsum. Quid si hoc sci
res facere velles: fac nūc
qđ tūc facere velles ⁊ be
ne securus eris. Moxqꝫ
ꝯsolatus ⁊ cōfortatus di-
uine se cōmisit volūtati:⁊
cessauit anxia fluctuatio:
noluitqꝫ curiose inuesti-
gare vt sciret que sibi es-
sent futura sed magis stu
duit inquirere que esset
voluntas dei bene pla-
cens ⁊ perfecta ad omne
opus bonum inchoan-
dum ⁊ perficiendum.
Spera in domino ⁊ fac
bonitatem ait propheta
⁊ in habita terram ⁊ pa-
sceris in diuitijs eiꝰ. Unū

est quod multos a profe-
ctu ⁊ feruenti emendati-
one retrahit: horror diffi-
cultatis seu labor certa-
minis. Enimuero illi ma
xime pre alijs in virtutib⁹
proficiunt q ea q̄ sibi ma
gis grauia ⁊ ɔtraria sunt
viribus vincere nituntur
Nam ibi homo plus ꝓ-
ficit ⁊ gratiam meretur
ampliorem vbi magis se
ipsum vincit ⁊ in spiritu
mortificat. Sed non oēs
habent eque multum ad
vincendum ⁊ moriendū.
Diligens tamē emulator
valentior erit ad ꝓficien-
dum etiam si plures ha-
beat passiones q̄ ali⁹ bn̄
morigeratus: min⁹ tamē
feruēs ad virtutes. Duo
tamē spālīter ad magnā
emendatōem iuuāt vide
licet subtrahere se violen
ter ad qd̓ natura vitiose i
clinatur ⁊ feruenter insta
re ꝓ bono quo amplius
quis indiget. Illa etiā stu
deas magis cauere ⁊ vin
cere que tibi frequentius
in alijs displicent. Ubiq3
ꝓfectum tuū capias vt si
bona exēpla videas vl' au
dias ad imitandū accen-
daris. Si quid aūt reprhē
sibile cōsideraueris caue
ne idem facias: aut si ali-
quādo fecisti citius emē
dare te studeas. Sicut
oculus tuus alios ɔside-
rat sic iterꝝ ab alijs nota-
ris. Quā iocūdū ⁊ dulce
est videre feruidos ⁊ de-
uotos fratres bene mori
geratos ⁊ disciplinatos.
Quā triste est ⁊ graue vi
dere inordinate ambulā-
tes: qui ea ad que vocati
sunt nō exercent. Quā
nociuum est negligere vo
cationis sue propositum
⁊ ad non commissa sensu
inclinare. Memor esto
arrepti propositi ⁊ imagi-
nem tibi propone crucifi
xi. Bene verecundari po
tes inspecta vita iesu chri
sti: quia necdum magis il
li te conformare studuisti
licet diu in via dei fuisti.
Religiosus qui se intente
⁊ deuote in sanctissima
vita ⁊ passione domini
exercet: omnia vtilia ⁊ ne
cessaria sibi abundanter
ibi inueniet: nec opus est
vt extra iesū aliquid me
li⁹ querat. O si iesus cru
cifixus in cor nostrum ve

miret: quam cito ꝛ sufficiē
ter docti essem⁹. Religio
sus feruidus oīa bñ pote
rat ꝛ capit que illi iuben-
tur. Religiosus negligēs
ꝛ tepidus habet tribula-
tionem super tribulatio-
nem: ꝛ ex omni parte pa-
titur angustiam: quia in-
teriori consolatione caret
ꝛ exteriorem querere ꝓ-
hibetur. Religiosus ex-
tra disciplinam viuens:
graui ruine patet. Qui la
riora querit ꝛ remissiora:
semper in angustijs erit:
quia aut vnum aut reli-
quum sibi displicebit.
Quomodo faciunt tam
multi alij religiosi: qui sa
tis arti sunt sub discipli-
na claustrali? Raro exe-
unt: abstracte viuunt: pau
perrime comedunt. gros
se vestiuntur: multum la
borant paruꝫ loquuntur:
diu vigilant mature sur-
gunt: orationes prolon-
gant: frequenter legunt:
si ꝛ in omni disciplina cu
stodiunt. Attende car-
thusienses: cistercienses:
ꝛ diuerse religionis mo-
nachos ac moniales: qua
liter omni nocte ad psal
lendum domino assur-
gunt: Et ideo turpe est
vt tu deberes in tam san
cto opere pigritare vbi
tanta multitudo religio-
sorum incipit deo iubila-
re. O si nihil aliud fa-
ciendum incumberet ni-
si dominum deum no-
strum toto corde ꝛ ore la
udare. O si nunquam in
digeres comedere: nec
bibere: nec dormire: sed
semper posses deum lau-
dare: ꝛ solummodo spi-
ritualibus studiis vaca-
re: tunc multo felicior es
ses: quam modo cuꝫ car
ni ex qualicunque neces-
sitate seruis. Utinam nō
essent iste necessitates: sꝫ
solūmodo spirituales ani
me refectionis: quas heu
satis raro degustamus.
Quādo homo ad hoc ꝑ
uenit q̄ de nulla creatu-
ra consolationem suam
querit: tunc ei deus p̄mo
ꝑfecte sapere incipit tunc
etiam bene contentus de
omni euentu rerum erit:
tunc nec pro magno leta
bitur: nec pro modico cō

tristabitur: sed ponit se integre ⁊ fiducialiter in do qui est ei omnia in omnibus cui nihil vtiqꝫ perit nec moritur: sed omnia ei viuunt ⁊ ad nutum incūctanter deseruiunt. Memento semper finis: ⁊ qꝛ perditum non redit tempus. Sine sollicitudine ⁊ diligentia nunq̄ acquires virtutes. Si incipis tepescere: incipies male habere. Si autem dederis te ad feruoreꝫ: inuenies magnam pacem: ⁊ senties leuiorem laborem propter dei gratiā ⁊ virtutis amorem. Homo feruidus ⁊ diligens ad oīa est paratus. Maior labor est resistere vitijs ⁊ passionibus: quam corporalibus insudare laboribus. Qui paruos non vitat defectus: paulatim labitur ad maiores. Gaudebis semper vespere: si dieꝫ expendas fructuose. Vigila sup teipsū excita teipsū: admoē teipsū ⁊ qcquid d alijs sit nō negligas teipsum. Tantum proficies: quantuꝫ tibijpsi vim intuleris.

Explicit liber primus.

Incipit secundus.

De interna conuersatione. Cap. i.

R Egnum dei intra vos est dicit dominus. Cōuerte te ex toto corde tuo ad dominum ⁊ relinque hunc miserum mundum: ⁊ inueniet anima tua requiem. Disce exteriora contemnere: ⁊ ad interiora te dare: ⁊ videbis regnum dei in te venire.

Est enim regnum dei pax ⁊ gaudium in spiritu sancto quod non datur impijs. Veniet ad te christus ostendens tibi consolationem suam. si dignaꝫ illi ab intꝰ paraueris māsionē. Oīs gloria eius ⁊ d cor ab intra ē: ⁊ ibi cōplacet sibi. Frequens illi visitatio cum homine in-

terno: dulcis sermocina tio: grata cõsolatio: multa pax: familiaritas stupẽda nimis. Eya anima fidelis prepara huic spõso cor tuuz quatenus ad te venire ⁊ in te habitare dignetur. Sic eniz dicit. Si qs diligit me sermonem meum seruabit ⁊ ad eũ veniemus: ⁊ mãsionem apud eum faciemus. Da ergo xp̄o locũ ⁊ ceteris omnibus nega introitũ. Cuz xp̄m habueris diues es: ⁊ sufficit tibi. Ipse erit prouisor: tuus ⁊ fidelis ꝓcurator in omnibus: vt non sit opus tibi in hominibus sperare. Homines eniz cito mutantur ⁊ deficiunt velociter: xp̄s autem manet in eternum: ⁊ astat vsqz in finem firmiter. Nõ est magna fiducia ponenda in homine fragili ⁊ mortali: etiaz si vtilis sit ⁊ dilectus: neqz tristitia multa capienda ex hoc si interdum aduersetur ⁊ cõtradicat. Qui hodie tecũ sunt: cras cõtrariari possunt: ⁊ econuerso sepe vt aura vertuntur. Pone totã fiduciam tuã in domino: ⁊ sit ipse timor tuus ⁊ amor tuus. Ipse ꝓ te respõdebit ⁊ faciet bene sicut melius fuerit. Non habes hic manentem ciuitatẽ: ⁊ vbicunqz fueris extraneus es ⁊ peregrinus: nec requiẽ aliquãdo habebis nisi Christo intime fueris vnitus. Quid hic circũspicis: cuz iste non sit locus tue requisitionis? In celestibus debet esse habitatio tua: ⁊ sicut in trãsitu cũcta terrena sunt aspicienda. trãseunt oĩa: ⁊ tu cũ eis pariter. Uide vt non inhereas: ne capiaris ⁊ pereas. Apud altissimũ sit cogitatio tua: ⁊ deprecatio tua ad xp̄z sine intermissione dirigatur. Si nescis alta speculari: ⁊ celestia requiesce in passione xp̄i ⁊ in sacris vulneribus eius libenter habita. Si eniz ad vulnera ⁊ preciosa stigmata Jesu deuote confugis: magnam in tribulatione confortationem senties: nec multum curabis hominum despectiones faciliterqz verba

detrahentium perferes. Christus fuit etiaʒ in mū do ab hominibus despe ctus: ⁊ in maxima neces sitate a notis ⁊ amicis i ter opprobria derelictus. Christus pati voluit ⁊ de spici: ⁊ tu audes de ali quo conqueri? Christus habuit aduersarios ⁊ ob locutores: ⁊ tu vis om nes habere amicos ⁊ be nefactores? Unde coro nabitur paciencia tua: si nil aduersitatis occurre rit? Si nihil contrarium vis pati: quomodo eris amicus Christi. Sustine te cum Christo ⁊ pro chri sto: si vis regnare cū chri sto. Si semel perfecte in troisses in interiora Jesu ⁊ modicum de ardente eius amore sapuisses: tūc de proprio comodo: vel incomodo nihil curares: sed magis de opprobrio illato gauderes: quia amor Jesu facit hominem se ipsum contēnere. Ama tor Jesu ⁊ verus intern⁹ ⁊ liber ab effectionibus inordinatis potest se ad deum libere conuertere ⁊ eleuare se supra seipm

in spiritu: ac fruitiue qui escere. Cui sapiunt om nia prout sunt non vt di cuntur: aut estimantur. hic vere sapiens est ⁊ do ctus magis a deo: quam ab hominibus. Qui ab intra scit ambulare: ⁊ modicū res ab extra ponderare: non requirit loca: nec tē pora expectat ad haben da deuota exercitia. Ho mo iternus cito se recolli git: quia nunquam se totuʒ ad exteriora effundit. Non illi obest labor exterior: aut occupatio ad tēpus necessaria: sed sicut res eueniunt sic se illis accō modat. Qui intus bene dispositus est ⁊ ordina tus: non curat mirabiles ⁊ peruersos hominuʒ ge stus. Tantuʒ homo im peditur ⁊ distrahitur: quā tum sibi res attrahit. Si recte tibi eēt ⁊ bene pur gat⁹ eēs omnia tibi i bo num cederent ⁊ profe ctum. Ideo multa tibi displicent: ⁊ sepe contur bant: quia adhuc non es ti biipsi perfecte mortuus nec segregatus ab omni b⁹ terrenis. Nihil sic ma

culat ⁊ implicat cor ho-minis sicutipurus amor in creaturis. Si renuis consolari exterius pote-ris speculari celestia: ⁊ frequenter interius iubi-lare.

De humili submissi-one sub prelati regimi-ne. Ca. ij.

n On magnipendas qs pro te vel ꝯ te sit: sed hoc age-re ⁊ cura: vt deus tecum sit in omni re quã facis. Habeas conscientiã bo-nam: ⁊ deus bene te de-fensabit. Quem enim ad iuuare voluerit: nullius peruersitas nocere pote-rit. Si tu scis tacere ⁊ pa-ti: videbis proculdubio domini auxiliuꝫ. Ipe no-uit tempus ⁊ modum li-berandi te: ⁊ ideo debes te illi resignare. Dei est adiuuare: ⁊ ab omni con-fusione liberare. Sepe valde prodest ad maiorẽ humilitatem conseruan-dã: q defectus nostros alij sciunt ⁊ redarguunt. Qñ homo pro defecti-bus suis se humiliat: tũc faciliter alios placat: ⁊ le-uiter satisfacit sibi irascẽ-tibus. Humilem deus p-tegit ⁊ liberat: humilem diligit ⁊ consolatur: hu-mili homini se inclinat humili largit gratiã ma-gnam: ⁊ post suã depres-sionem leuat ad gloriaꝫ humili sua secreta reue-lat: ⁊ ad se dulciter tra-hit ⁊ inuitat. Humilis ac-cepta contumelia: ⁊ con-fusione satis bene est in pace: q stat in deo: ⁊ nõ in mundo. Nõ reputes te aliquid profecisse: nisi omnibus inferiorem te esse sentias.

De bono pacifico ho-mine. Ca. iij.

p One te pmo in pa-ce: ⁊ tũc alios po-teris pacificare. Homo pacificus plus p-dest q̃ bene doctus. Ho-mo passionatus etiaꝫ bo-num in malum trahit: ⁊ faciliter malum credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonum cõuer-tit. Qui bene in pace est de nullo suspicat: qui au-tem male contentus est

⁊ cõmotus varijs suspiti onibus agitat̃:nec ipse quiescit:nec alios quiescere permittit. Dicit sepe qđ non dicere deberet ⁊ omittit qđ sepe sibi magis facere expediret. Considerat ꝙ alij facere tenent̃:⁊ negligit qđ ipse facere tenet̃. Habe ergo primum zelum sup temetipsum:tunc zelare poteris etiam iuste proximum tuum. Tu benefacta tua scis excusare:⁊ tolerare:⁊ alioꝝ:nõ vis recipere excusationes. Iustius esset:vt te accusatores:⁊ fratrem tuum excusares. Si portari vis porta:⁊ aliũ. Uide ꝗ̃ lõge es adbuc a vera charitate:⁊ humilitate q̃ nulli nouit indignari vel irasci:nisi tantum sibiipsi. Non ē magnum cum bonis ⁊ mansuetis ꝯuersari. hoc enim omnibus naturaliter placet:⁊ vnus quisqꝫ libenter pacem habet:⁊ secuꝫ sentiẽtes magis diligit. Sed cuꝫ duris aut peruersis ⁊ indisciplinatis aut nobis contrariantibus pacifice posse viuere:magna gratia ē ⁊ laudabile nimis virileqꝫ factum. Sed sunt qui seipsos in pace tenēt:⁊ cũ alijs etiam pacē habēt. Et sunt qui nec pacem habent. nec alios in pace dimittunt. Alijs sunt graues:sed sibi sunt grauiores. Et sunt qui seipsos in pace retinent:⁊ ad paceꝫ alios reducere student:⁊ tamen tota pax nostra in hac misera vita potius in humili sufferentia ponenda est:ꝗ̃ in non sentiendo cõtraria. Qui melius scit pati:pacē tenebit maiorē. Iste est victor sui:⁊ dominus mundi:amicus christi:⁊ heres celi.

De pura mente ⁊ simplici itētione. Ca.iiij.

Duabus alis homo subleuatur a terre nis:simplicitate:scilicet ⁊ puritate. Simplicitas debet esse in intētiõe:puritas i affectõe. Siplicitas itēdit deum puritas apphēdit ⁊ gustat. Nulla bõa actõ te i

pediet:ſi liber intus ab
omni inordinato effectu
fueris. Si nihil aliud q̄ꝫ
dei bn̄placitū ⁊ proximi
vtilitatē intendis ⁊ q̄ris
interna libertate fueris.
Si rectum cor tuū esset
tunc oīs creatura specu-
lū vite:⁊ liber sancte do
ctrine esset. Nō ē crea-
tura tā pua ⁊ vilis q̄ bo-
nitat dei nō rep̄sentet.
Si tu esses intus bonus
purus:tunc oīa sine im-
pedimento videres ⁊ ca
peres bene:Cor purum
penetrat celū ⁊ infernū.
Qualis vnusquisqꝫ itus
est taliter iudicat exteri-
us. Si est gaudiū in mū
do:hoc vtiqꝫ possidet pu
ri cordis hō. Et si est ali
cubi tribulatio ⁊ āgustia
h̄ melius nouit mala cō
scientia. Sicut ferrū miſ
sum in ignem amittit ru
biginem ⁊ totū cendens
efficit̄:sic hō ad deū se i
tegre cōuertens a torpo
re exuit̄:⁊ in nouum ho
minē transmutat̄. Quā
do hō incipit tepescere:
tunc puū metuit laborē
⁊ libenter externā acci-
pit cōsolationē. Sed qn̄
pfecte incipit se vincere
⁊ viriliter in via dei am-
bulare:tunc minus ea re
putat:que sibi prius gra-
uia esse sentiebat.

De propria considera
tione. Ca. v.

N On possumus no-
bisipsis nimis cre-
dere:q2 sepe nobis
gr̄a deest ⁊ sensus. Mo
dicū lumen est in nobis:
⁊ hoc cito p negligentiā
amittimus. Sepe etiam
nō aduertimus q2 tā ceti
intus sumus. Sepe ma-
le agimus:⁊ peius excusa
mus:⁊ passio ē interduꝫ
mouemur:⁊ celū puta-
mus. Parua in alijs re
prehendimus:⁊ nr̄a ma
iora ptransimus satis ci
to sentimus ⁊ pondera-
mus qd̄ ab alijs sustine-
mus:sed quātū alij a no
bis sustinent nō aduerti
mus. Qui bn̄ ⁊ recte sua
ponderaret:nō eēt qd̄ d̄
alio grauiter iudicaret.
Internus hō suijp̄ius cu-
rā oibus curis anteponit
⁊ q sibiipsi diligenter in
tendit faciliter d̄ alijs ta
cet. Nunq̄ꝫ eris internus
⁊ deuotus nisi de alienis

filueris:ꝛ ad teipm̄ speci aliter respexeris. Si tibi ꝛ deo totaliter intendis modicū te mouebit qd̄ foris percipis. Ubi es qn̄ tibiipsi presens non es: quando oīa percurristi: quid te neglecto profeci sti? Si debes habere pa cem ꝛ vnionē verā: opor tet ꝙ totum adhuc post ponas: ꝛ te solū pre ocu lis habeas. Multum ꝑ inde proficies si te feria tum ab omni temporali cura cōserues. Ualde de ficies si aliquid tempora le reputaueris. Nil altū: nil magnum: nil gratū: nil acceptum tibi sit nisi pure deus: aut d̄ deo sit. Totum vanum estima: quicquid consolationis occurrit de aliqua crea tura. Amans deo anima sub deo despicit vniuer sa. Solus deus eternus ꝛ immensus implēs om nia solatium est anime. ꝛ vera cordis leticia.

De leticia bone con scientie. Cap. vi.

Gloria boni homi nis testimoniū bo ne conscientie est. Habe bonam conscien tiam: ꝛ semp habebis le ticiam. Bona cōsciētia valde multa pōt portare ꝛ valde leta est inter ad uersa. Mala conscientia semp timida est ꝛ inquie ta. Suauiter requiesces si te cor tuū nō reprehen derit. Noli letari nisi cū benefeceris. Mali nūꝗ̄ habent veram leticiam: nec internā sentiunt pa cem: q: non est pax impi is dicit dominus. Et si dixerint: in pace sumus non venient sup nos ma la ꝛ qs nobis nocere au debit? Ne credas eis qm̄ repente exurget ira dei: ꝛ in nihilū redigent act⁹ eoꝝ ꝛ cogitationes eoꝝ pibunt. Gloriari in tribu latione nō ē graue amā ti: sic enim gloria est i cru ce dn̄i gloriari. Breuis gloria que ab omnib⁹ da tur ꝛ accipit. Mūdi glo riam semp comitat tri sticia. Bonorū gloria in conscientiis eorum: ꝛ nō in ore hominum. Insto rum leticia de deo ꝛ in deo est: ꝛ gaudium eoꝝ de veritate. Qui veram

⁊ eternam gloriam desi derat temporalem nõ curat. Et qui temporalem querit gloriam: aut non ex animo contemnit: minus amare conuincitur celestem. Magnam habet cordis tranquillitatẽ: qui nec laudes curat: nec vituperia. facile erit contentus ⁊ pacatus cuius cõscientia munda est. Nõ es sanctior si lauderis: nec vilior si vitupereris. Q̃d es hoc es: nec maior dici vales q̃ deo teste sis. Si attendis quid apud te sis intus. non curabis quid de te loquantur homines foris: Homo videt in facie: deus autẽ in corde. Hõ considerat act⁹. deus pensat intẽtiones. Bene semp agere ⁊ modicum de se tenere humilis anime indicium ẽ. Nolle consolari ab aliqua creatura. magne puritatis ⁊ interne fiducie indiciũ est. Qui nullũ extrinsecus pro se testimoniũ querit: liquet q̃d se deo totaliter commisit. Non enim qui seipsũ commendat ille pbatus est: ait Beatus paulus: sed quem deus commẽdat. Ambulare cum deo intus nec aliqua affectione teneri foris: status ẽ interni hominis.

De amore Jesu super omnia. Ca. vij.

Beatus qui intelligit quid sit amare Jesum: ⁊ contẽnere seipsum propter iesum. Oportet dilectum pro dilecto relinquere: quia iesus vult solus super omnia amari. Dilectio creature fallax ⁊ instabilis: dilectio Jesu fidelis ⁊ pseuerabilis. Qui adheret creature: cadet cum labili qui amplectitur Jesum firmabitur in eum. Illũ dilige: ⁊ amicum tene tibi: qui omnibus recedentibus te non derelinquet: nec patietur in fine perire. Ab hominibus oportet te aliquã̃do separi: siue velis: siue nolis. Teneas te apud Jesum viuens ⁊ moriens: ⁊ illius fidelitati te committe qui omnibus deficientibus solus potest te iu-

nare. Dilectus tuus talis est nature: vt alienũ non velit admittere: sed solus vult cor tuum habere: et tanquam rex in proprio throno sedere. Si scires te bene ab omni creatura euacuare Jesus debe ret libenter tecum habitare. Pene totum perditum inuenies: quicqd extra Jesum in hominibus posueris. Non confidas nec innitaris super calamum ventosum: qr omnis caro fenū: et omnis gloria eius vt flos feni cadet. Cito decipieris si ad exteriorem hominũ apparentiam tm̃ aspexeris. Si enim tuum in aliis queris solatium et lucrum: senties sepe detrimentũ. Si queris in omnibus Jesum: inuenitur es vtiqꝫ Jesum. Si autem queris teipsum inuenies etiam teipsum: sed ad tuam perniciẽ. Plus enim homo nociuior sibi si Jesum non querit. qꝫ totus mũdus: et omnes sui aduersarij.

De familiari amicitia Jesu. Ca. viij.

Quãdo Jesus adest totum bonum est: nec quicquam difficile videtur. Quando vero Jesus non adest totum durum est. Quando Jesus intus non loqtur: consolatio vilis est. Si autem Jesus vnum verbum loquitur tm̃: magna consolatio sentitur. Nonne maria magdalena statim surrexit de loco in quo fleuit quando martha illi dixit. Magister adest et vocat te. Felix hora quãdo Jesus vocat de lachrymis ad gaudium spiritus. Quam aridus et durus es sine Jesu. Quam insipiens et vanus si cupis aliquid extra Jesum. Nonne hoc est maius dãnũ qꝫ si totũ pderes mũdũ. Quid põt mũdus ↄferre sine iesu: eẽ sine iesu grauis ẽ infernus: et esse cũ iesu dulcis padisus. Si fuerit tecũ iesus: nullus poterit nocere inimicus. Qui iuenit iesũ: iuẽit thesaurũ bonũ: imo bonũ sup oẽ bonũ. Et q pdit iesũ: pdit nimis multũ, et plus qꝫ totum mun-

dum. ¶Pauperrimus est
qui viuit sine iesu. Ditissi
mus qui bene est cum ie
su. Magna ars est scire
conuersari cum iesu: ⁊ sci
re iesum tenē magna pru
dētia. Esto humilis ⁊ pa
cificus ⁊ erit tecum iesus
Scis deuotus ⁊ quietus:
⁊ permanebit tecuȝ iesus
¶Potes cito fugare iesuȝ
⁊ gratiam eius perdere:
si volueris ad exteriora ď
clinare. Et si illum effu-
gaueris ⁊ perdideris ad
quem tūc fugies? ⁊ queȝ
tunc q̄res amicum. Sine
amico non potes diu vi-
uere: ⁊ si iesus non fuerit
tibi pre oibus amicus: eris
nimis tristis ⁊ dessolatus
Fatue igitur agis si in ali-
quo altero confidis ⁊ le-
taris. Eligēdū est magis
totum mundum habere
contrarium q̄ȝ iesum offē
sum. Ex oibus ergo cha-
ris sit iesus dilectus speci
alis. Diligantur oēs pro-
pter iesum: iesus aūt pro-
pter seipsuȝ. Solus iesus
xp̄s singulariter est amā-
dus: qui solus bonus ⁊ fi
delis inuenitur pre oibus
amicis. ¶Propter ipsuȝ ⁊
in ipso tam amici q̄ȝ ini-
mici tibi sint chari: ⁊ pro
oibus exorādus est vt oēs
ipsum cognoscant ⁊ dili-
gant. Nunq̄ȝ cupias sin-
gularirer laudari ⁊ ama-
ri: q2 hoc solius dei est: q
similem sibi nō hȝ. Nec
velis q2 aliq̄s in corde suo
tecum occupetur: neq̄ȝ tu
cum alicuius occuperis
amore: sȝ sit iesus in te ⁊
in omni bono hoie. Esto
purus ⁊ liber ab intus si-
ne alicuius creature im-
plicamēto. Oȝ te esse nu
dum: ⁊ purū cor ad iesum
gerere si vis vacare ⁊ vi-
dere q̄ȝ suauis est dn̄s.
Et reuera ad hoc non ꝑ-
uenies nisi gratia ei9 fue-
ris ꝑuentus ⁊ intractus:
vt oibus euacuatis ⁊ licē
tiatis solus cum solo vni
aris. Quādo. n. gratia ď
venit ad hoiem tunc po-
tēs sit ad oia: ⁊ qn̄ rece-
dit tūc pauper ⁊ infirm9
erit ⁊ quasi tantuȝ ad fla
gella relictus. In his nō
debes deijci nec despera
re sed ad voluntatem dei
equaniniter stare: ⁊ cun
cta superueniētia tibi ad
laudeȝ iesu christi perpe-

ti: q: post hyemen sequitur estas post noctem redit dies: ⁊ post tempestatem serenitas magna.

De carentia omnis solatij. Cap. ix

N On ē graue humanum cōtēnere solatium cū adest diuinum. Magnū est ⁊ valde magnum tā humano q̄3 diuino posse carere solatio: ⁊ pro honore dei libenter exilium cordis velle sustinere: ⁊ in nullo se ip̄m q̄rere nec ad p̄priu3 meritu3 respicere. Quid magni es si hilaris sis ⁊ deuotus adueniente gr̄a optabilis cūctis hec hora Satis suauiter equitate que3 gr̄a dei portat. Et qd mir̄ si onus nō sentit q portat ab impotente ⁊ ducit a summo ductore. Libenter habem⁹ aliqd p̄ solatō ⁊ difficlter hō exuitur a seipso. Vicit sanctus martyr Laurēti⁹ seculu3 cum suo sacerdote: q: oē qd in mundo delectabile videbat desperit: ⁊ dei sūmi sacerdotē Sixtū que3 maxime diligebat p̄ amore xp̄i etiā a se tolli clemēter ferebat. Amore igitur creatoris amorē hois superauit. ⁊ p̄ humano solatio diuinū beneplacitū magis elegit. Ita ⁊ tu aliquē necessariū ⁊ dilectu3 amicū p̄ amore dei disce relinquere. Nec grauiter feras cū ab amico derelictus fueris: sciēs quonia3 oportet nos oēs tādē ab īuicē separari. Multum ⁊ diu o3 hoie3 in seipso certare: anteq̄3 discat seip̄m plene sup̄are: ⁊ totum affectū suū plene in deum trahere. Qn̄ hō stat sup seipso facile labit ad consolatōes humanas. Sed verus xp̄i amator ⁊ studiosus sectator virtutū non cadit sup illas cōsolatōes nec q̄rit tales sensibiles dulcedines s3 magis fortis exercitatōnes: ⁊ p̄ xp̄o duros sustinere labores. Cū igitur spiritualis consolatio a deo datur. cum gratiarum actione accipe eam: sed dei munus ītellige esse non tuum meritum ⁊ noli extolli. Noli nimium gaudere nec inaniter presumere sed esto magis humillior ex dono

cautior quoqȝ ⁊ timora
tior in cunctis actibus tu
is: quoniam transibit ho
ra illa ⁊ sequetur tenta
tio. Cum ablata fuerit cõ
solatio non statim despe
res: sed cum humilitate
⁊ pacientia expecta cele
stem visitationem: quia
potens est deus ampli-
orem tibi redonare gra
tiam ⁊ consolationem.
Istud non est nouũ: nec
alienam vitam dei exper
tis: quia in magnis san-
ctis: ⁊ in antiquis prophe
tis fuit talis sepe alterna
tionis modus. Unde qui
dam presente iam gra-
tia dicebat: Ego dixi in
abundantia mea nõ mo
uebor in eternuȝ. Absen
te autem gratia quid i se
fuerit expertus adiungit
dicens. Aduertisti facieȝ
tuam a me ⁊ factus sum
conturbatus. Inter hec
tamen nequaquam de-
sperat: sed instantius do
minuȝ rogat ⁊ dicit. Ad
te domine clamabo: ⁊
ad deum meum depre-
cabor. Deniqȝ orationis
ue fructuum reportat: ⁊
e exauditum testatur di
cens. Audiuit dominus
⁊ misertus est mei; domi
nus f actus ẽ adiutor me
us. Sed in quo? Conuer
tisti inquit planctum me
um in gaudium mihi ⁊
circundedisti me leticia.
Et si sic actum est cũ ma
gnis sanctis non est de-
sperandum nobis infir-
mis ⁊ pauperibus: si iter
dum in frigiditate: ⁊ iter
dum in feruore sumus:
quoniam spiritus venit:
⁊ recedit ẜm sue volun-
tatis beneplacituȝ. vnde
beatus Job ait: Uisitas
enim diluculo: ⁊ subito
probas illum. Super qd
igitur sperare possũ: aut
in quo confidere debeo
nisi in sola magna mise
ricordia dei: ⁊ in sola spe
gratie celestis. Siue eni
adsint homines boni. si-
ue deuoti fratres ⁊ ami
ci fideles: siue libri sancti
vel tractatus pulchri: si-
ue dulcis: cantus ⁊ hym
ni: omnia hec modicum
iuuant: ⁊ modicum sapi
unt: quãdo desertus suȝ
a gratia ⁊ in ꝓpria pau
pertate relictus. Tũc nõ
est melius remedium ꝙ̃

paciētia:⁊ abnegatō mei in voluntate dei. Nūq̄ inueni aliquem religiosum qui nō habuerit interdum gratie subtractionem: aut non senserit feruoris diminutionem. Nullus sanctus fuit vnquam tam alte raptus: ⁊ illumniatus qui prius vel postea non fuit temptatus. Non eniꝫ dign⁹ alta dei contemplatione qui pro deo non est exercitatus aliqua tribulatione. Solet enim sequentis consolationis:tentatio precedens esse signū. Nam tētationibus probatis celestis promittitur consolatio. Qui vicerit inquit dabo ei edere de ligno vite. Dat͛ etiā ɔsolatio diuina:vt homo fortior sit ad sustinendū aduersa. Sequitur etiā tentatio ne se eleuet de bono. Nō dormit diabolus:nec caro adhuc mortua est.ideo non cesses preparare te ad certamē q͛ a dextris ⁊ a sinistris sunt hostes qui nunquā quiescunt.

De gratitudine ꝓ gratia dei. Cap.x.

Quid q̄ris quieteꝫ cum natus sis ad laborem? Pone te ad patiētiā magis q̄ ad ɔsolationē:⁊ ad crucē portādā magis q̄ ad leticiā. Quis.n.seculariū nō libē ter ɔsolationeꝫ ⁊ leticiā spūalē acciperet: si semp̱ obtinere posset. Excedunt.n. spirituales ɔsolationes oēs mūdi d͛litias:⁊ carnis voluptates. Nā oēs delitie mūdane aūt turpes sunt aut vane. Spūales vero delicie sole iocūde ⁊ honeste ex v͛tutib⁹ ꝓgenite:⁊ a dō puris īfuse mētib⁹. Sꝫ istis diuinis ɔsolatōib⁹ nēo sp̱ p̱ suo affectu frui valet: q͛ tp̄s tētatōis nō diu cessat. Multū ɔ͛iat͛ supne visitatōi falsa libertas animi ⁊ magna ɔfidētia sui. De⁹ bn̄ facit ɔsolationis gr̄am dādo sꝫ hō male agit nō totū: deo cū gr̄arū actione retribuēdo. Et iō nō pn̄t i nobis dona gr̄e fluere: q͛ ingrati sum⁹ auctori: nec totū refundim⁹ fontali origini. Semp̱.eniꝫ

debetur grã: digne grãs referẽti: auferetur ab elato qđ dari solet humili. Nolo consolationẽ que mihi aufert compunctionem: nec affecto contemplationem que ducit in elationem. Non enim omne altum scũm: nec omne desiderium purũ: nec omne dulce bonuz: nec omne charuz gratũ deo. Libẽter accepto gratiam vnde humilior ⁊ timoratior inueniat: atqꝫ ad relinquenduz me paratior fiat. Doctus dono gratie ⁊ eruditus subtractionis verbere non sibi audebit quicq̃ꝫ boni attribuere: sed potius se pauperem ⁊ nudum confitebitur. Da deo quicquid dei est: ⁊ tibi ascribe qđ tuum est. hoc ẽ deo gratias pro gratia tribue tibi autem soli culpam: ⁊ dignam penam pro culpa deberi sentias. Pone te semper ad infimuz ⁊ dabit tibi summũ: naz summum non stat sine infimo. Sũmi sancti apud deum: minimi sunt apđ se: ⁊ quanto gloriosiores tãto in se humiliores pleni veritate ⁊ gloria celesti: non vane glorie cupidi. In deo fundati ⁊ cõfirmati nullo modo possunt esse elati: ⁊ qui deo totum ascribunt quicqd boni acceperunt: gloriã ab inuicem non querũt: sed gloriã que a solo đo est volunt: ⁊ deũ in se ⁊ in omnibus sanctis laudari super omnia cupiunt: ⁊ semper in idipsum tendunt. Ego igitur gratus in minimo: ⁊ eris dignus maiora accipere. Sit tibi minimum etiam pro maximo: ⁊ magis contẽtibile pro speciali dono. Si dignitas datoris inspicitur: nullũ datuz paruum aut munus vile videbitur. Non enim paruũ estq đ a summo deo donatur etiam si penas ⁊ verbera donauerit gratuz esse debet: quia semper pro salute nostra facit quicquid nobis aduenire permittit. Qui gratiam dei retinere desiderat sit gratus pro gratia dei data: patiens pro sublata: oret vt redeat cau-

tus sit ꝛ humilis ne amit
tat.

De paucitate amato-
rū crucis Jesu. Ca. xi.

Habet Jesus nunc
multos amatores
regni sui celestis:
sed paucos baiulatores
sue crucis. Habꝫ multos
desideratores consolati
onis: sed paucos tribula
tionis. Plures inuenit
socios mense: sed paucos
abstinentie. Oēs volunt
cum Christo gaudere: sꝫ
paucior volunt pro ipso
aliquid sustinere. Multi
sequūtur Jesuꝫ vsqꝫ ad
fractionem panis: sꝫ pau
ci ad bibendum calicem
passionis. multi miracu-
la eius vulnerantur: sed
pauci ignominiam cru-
cis sequuntur. Multi ie
sum diligūt: q̄diu aduer
sa non contingūt. Mul
ti illum laudant ꝛ bene-
dicunt: q̄diu consolatio-
nes aliquas ab ipso reci-
piunt. Si autem se iesus
absconderet ꝛ modicum
eos relinqueret: aut in q̄
rimoniam: aut in deiecti
onem nimiam cadunt.
Qui autem Jesum pro-
pter Jesum: ꝛ non ꝑpter
suam aliquam cōsolati-
onem propriaꝫ diligunt:
ipsum in tribulatione: ꝛ i
angustia cordis sicut in
sūma consolatione bn̄di
cunt. Et si nunq̄ eis con
solationem dare vellet:
ipsum tn̄ semꝑ laudarēt
ꝛ semper grās agere vel
lent. O quantum potest
amor Jesu purus nullo
ꝓpo comodo vel amo
re pmixtus. Nōne oēs
mercenarij sunt dicendi
qui cōsolationes sꝑ que
runt? Nonne amatores
sui magis q̄ xpi proban-
tur: qui sua comoda vel
lucra semper meditant̄.
Ubi inuenietur talis qui
velit deo seruire gratis?
Raro iuenit̄ tā spūalis
aliqs q oibꝰ sit nudatus.
Nā veꝝ spū pauperē: ꝛ
ab oi creatura nudū qs
inueniet? Procul ꝛ d vl
timis finibꝰ ꝑciū eius. Si
dederit hō oēꝫ substātiā
suā adhuc nihil ē. ꝛ si fe
cerit penitētiā magnam
adhuc exiguū ē. ꝛ si app
hēderit oēꝫ sciaꝫ adhuc
lōge ē. ꝛ si hūerit ꝟtutē
magnā: ꝛ deuotionē ni-

mis ardētez: adhuc multum sibi deest vnum scilicet qd sibi summe necessarium ē. Quid illud? Ut oibus relictis se relinquat ⁊ a se totaliter exeat nihilqꝫ de puato amore retineat. Cū oia fecerit q̄ facienda nouerit: nihil se fecisse sentiat. Non grande pōderet qꝫ grādis estimari possit: sꝫ in veritate seruum inutilē se pnunciet: sicut veritas ait. Cuz feceritis oia que pcepta vobis sunt: adhuc dicite qꝫ serui inutiles sumus. Tunc vero pauper ⁊ nudus spiritu esse poterit ⁊ cum ppheta dicere. Qꝫ vnicus ⁊ paup sum ego. Nemo isto ditior: nemo tamen liberior: nemo potentior illo q scit se ⁊ oia relinquere ad infimuz se ponere.

De regia via sācte crucis. Cap. xij.

Durus hic multis vꝫ sermo. Abnega temetipsum tolle crucem tuā ⁊ sequere Jesuz Sed multo duri⁹ erit audire illud extremū verbū Discēdite a me maledicti in ignem eternum. Qui enim modo libenter audiunt ⁊ sequuntur verbū crucis: tunc non timebūt ab auditione mala eterne damnationis. Hoc signū crucis erit in celo cuz dominus ad iudicanduz venerit. Tunc omnes serui crucis qui se crucifixo cōformauerunt in vita. Ad Christum accedent iudicem cum magna fiducia

Quid igitur times tollere crucem per quā itur ad regnum? In cruce salus: in cruce vita: in cruce protectio ab hostibus: in cruce infusio superne suauitatis: in cruce robur mētis: in cruce gaudium spiritus i cruce virt⁹ sūma: i cruce perfectio sanctitatis. Non est salus anime nec spes eterne vite nisi i cruce. Tolle ergo crucez ⁊ sequere Jesum ⁊ ibis in vitam eternam. Precessit ille baiulans sibi crucē ⁊ mortuus ē pro te in cruce vt tu etiam portes crucez ⁊ mori affectes in cruce: qꝫ si cōmortuus fueris etiā cū illo pariter viues ⁊ si socius fueris pene: so

eius eris ꝛ glorie. Ecce in cruce totũ ↄstat ꝛ i moriendo totum iacet ꝛ non ẽ alia via ad vitam ꝛ ad veram internam pacem nisi via sancte crucis ꝛ quotidiane mortificationis.
Ambula vbi vis: quere qđ cũqꝫ volueris: ꝛ non inuenies altiorem viam supra nec securiorem viaꝫ infra nisi viam sancte crucis.
Dispone ꝛ ordina omnia secundum tuum velle ꝛ videre: ꝛ non inuenies nisi semper aliquid pati debere: aut sponte aut inuite: ꝛ ita crucem semper iuenies. Aut enim in corpore dolorem senties aut in anima spiritus tribulationem sustinebis. Interdum a deo relinqueris: interdum a proximo exercitaberis: ꝛ quod amplius est sepe tibimetipsi grauis eris nec tamen aliquo remedio vel solatio liberari seu alleuiari poteris: sꝫ donec deꝰ voluerit oportet ꝙ sustineas. Vult enĩ deus vt tribulationem sine cõsolatione discas pati: ꝛ vt illi totaliter te subijcias ꝛ humilior ex tribulatione fias. Nemo ita cordialiter sentit passionẽ Christi sicut is cui contigerit similia pati. Crux igit̃ semper parata est ꝛ vbiqꝫ te expectat. Non potes effugere vbicũqꝫ cucurreris: qꝛ vbicunqꝫ veneris teipsum tecum portas ꝛ semp teipsum inuenies. Cõuerte te supra cõuerte te infra. conuerte te extra ꝛ intra ꝛ in his omnibus inuenies crucem: ꝛ necesse ẽ te vbicũqꝫ tenere patientiam si internaꝫ vis habere pacem ꝛ perpetuã ꝑ mereri coronaꝫ. Si libenter crucem portas portabit te ꝛ deducet te ad desideratum fineꝫ: vbi. s. finis patiendi erit ꝙuis hic non erit. Si inuite portas onus tibi facis ꝛ teipsum magis grauas: ꝛ tamẽ oportet vt sustineas. Si abijcis vnam crucem: aliam ꝓculdubio inuenies: ꝛ forsitan grauiorẽ. Credis tu euadere qđ nullus mortaliuꝫ potuit? Quis scõꝝ in mũdo sine cruce ꝛ tribulatione fuit? Nec enim dominus nr̃ Jesus christꝰ vna hora si-

ne dolore passiōis fuit q̄ diu vixit. Oportebat autē Christū pati ⁊ resurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriam suam. Et quō tu aliā viam queris q̄ hanc regiā viam que est via sācte crucis? Tota vita xp̄i crux fuit ⁊ martyriū: ⁊ tu tibi queris requiē ⁊ gaudium? Erras erras si aliud queris quā pati tribulationes: q: tota ista vita mortalis plena miserijs ⁊ circūsignata crucibus. Et quanto altius qs in spiritu pfecerit: tanto grauiores cruces sepe inueniet: q: exilij sui pena magis ex amore crescit. Sed tamē iste sic multipliciter afflictus non est sine leuamine consolationis: q: fructum magnū sibi sentit accrescere ex sufferentia sue crucis. Nam dū spōte illi se subijcit: oē onus tribulationis in fiduciam diuine consolationis conuertitur. Et quanto caro magis per tribulatōes atteritur: tāto amplius spiritus p internam cōsolationem roboratur. Et non nūq̄ in tantū confortatur ex affectu tribulationis ⁊ aduersitatis ob amorem cōformitatis crucis Christi vt nō sine dolore ⁊ tribulatione esse vellet: quoniam tanto se acceptiorē deo credit: quanto plura ⁊ grauiora p eo perferre poterit. Nō est illud virtus hoīs: sed gratia christi q̄ tāta pōt ⁊ agit in carne fragili vt qđ naturaliter semper abhorret ⁊ fugit: hoc feruore spirit⁹ aggrediatur ⁊ diligat. Nō est sm hominem crucē portare crucē amare corpus castigare? ⁊ seruituti subijcere: honores fugere ↄtumeliam libenter sustinere: seipsum despicere ⁊ despici optare aduersa queq; cū damnis pperti: ⁊ nihil prosperitatis in hoc mūdo desiderare. Si ad teipsum respicis nihil huiusmodi ex te poteris: sed si in domino ↄfidis: dabitur tibi fortitudo de celo ⁊ subijciet ditiōi tue mūdus ⁊ caro. Sz nec inimicum diabolū timebis si fueris fide armatus ⁊ Jesu cruce signatus. Pone ergo te sicut fidelis ⁊ bo-

nus seruus Christi ad portandã viriliter crucẽ dñi tui ꝑ te ex amore crucifixi. Prepara te ad tolerãda multa aduersa ꝛ varia incõmoda in hac misera vita: q: sic tecũ erit vbicũqȝ fueris: ꝛ sic reuera euȝ inuenies vbicũqȝ latueris. Oportet te ita eẽ ꝛ ñ est remedium euadendi a tribulatione malorũȝ ꝛ dolore ꝗ̃ vt te patiaris. Calicem dñi affectanter bibe si amicus eius esse ꝛ partẽ cuȝ eo habere desideras. Consolationes deo committe faciat ipse cuȝ talib⁹ sicut sibi magis placuerit. Tu vero pone te ad sustinendũ tribulationes: ꝛ reputa eas maxias consolationes: q: nõ sunt cõdigne passiones huius temporis ad futurã gloriam: que reuelabit in nobis ꝓmerendam etiaȝ, si solus esses posses sustinere. Qñ ad hoc veneris ꝙ tribulatio tibi dulcis est ꝛ sapit pro Christo: tũc bene tecum esse estima: q: inuenisti paradisuȝ in terra. Quãdiu pati tibi graue est ꝛ fugere queris tãdiu male habebis: ꝛ seq̃tur te vbiqȝ fuga tribulationis. Si ponis te ad qđ esse debes videlicet ad patiendũ ꝛ moriendũ fiet cito melius ꝛ pacem inuenies. Etiã ꝛ si raptus fueris in tercium celum cuȝ Paulo non es propterea securatus de nullo ꝯtrario sustinendo. Ego inq̄t Jesus ostendam illi quãta oporteat eum ꝑ nomine meo pati. Pati ergo tibi remanet: si Jesum diligere ꝛ ꝑpetue illi seruire placet. Utinam dign⁹ esses ꝑ nomine Jesu aliquid pati: ꝗ̃ magna gloria remaneret tibi: quanta exultatio omnibus sanctis dei: quanta edificatõ esset proximi. Nam patientiam omnes recomendant: quãuis pauci tamẽ pati velint. Merito deberes libenter modicum pati pro Christo: cum multi grauiora patiuntur ꝑ mũdo. Scias pro certo quia morienteȝ te oportet ducere vitam: ꝛ quãto plus quisqȝ sibi moritur tanto deo magis viuere incipit Nemo aptus est ad cõ-

prehendendum celestia nisi se submiserit ad portandū pro Christo aduersa. Nihil deo acceptius: nihil tibi salubrius in mūdo isto q̄ libenter pati p Christo. Et si eligendum tibi esset: magis optare d beres pro Christo aduersa pati: q̄ multis consolationibus recreari: q2 Christo similior esses et oibus sanctis eius magis cōformior. Non eniz stat meritum nostrum: et profectus status nostri in multis suauitatibus et consolationibus: sed potius in magis grauitatibus et tribulationibus perferēdis. Siquidem aliquid melius et vtilius saluti hominum q̄ pati fuisset: Christus vtiq3 verbo et exemplo ostendisset. Nam et sequentes se discipulos omnesq3 eum sequi cupientes manifeste ad crucē portanda hortatur et dicit. Si quis vult venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Omnibus ergo plectis et scrutatis sit ista finalis conclusio. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei.

Explicit liber secūdus.

Sequitur liber tertius

De interna Christi locutione ad animam fidelem. Cap. i.

a Udiaz qd loquatur i me dominus deus. Beata aia que dominum in se loquentē audit et de ore eius verbum consolationis accipit. Beate aures que venas diuini susurrij suscipiunt: et de mūdi huius susurrationibus nihil aduertunt. Beate plane aures que non vocem foris sonātē s3 iteri9 auscultant veritatē loq̄ntē et docentē. Beati oculi qui exterioribus clausi: interiori bus autem sunt intenti.

Beati q iterna penetrãt & ad capiēda archana celestia magis ac magis p quotidiana exēcitia se studēt preparare. Beati qui deo vacare gestiunt & ab omni impedimento seculi se excutiunt. Animaduerte h̃ o aīa mea & claude sensualitatis tue ostia vt possis in te audire quid loquar dñs de⁹ in te. hec dicit dilectus tu⁹. Salus tua ego sū: pax tua. Serua te apud me & pacē inuenies. Dimitte oīa trāsitoria & q̃re eterna. Quid sunt oīa tpalia nisi seductoria. Et quid iuuāt oēs creature. si fueris a creatore deserta? Oībus ergo abdicatis creatori tuo te redde placidā ac fidelem vt veram valeas apphendere beatitudinem.

Quod veritas intus loquitur sine strepitu verborum. Cap. ij.

Loquere dñe: q: audit seru⁹ tuus. Seruus tuus ego sū: da mihi intellectū vt sciam testimonia tua. Inclina cor meū in verba oris tui: fluat vt ros eloquium tuū. Dicebant olim filij israel ad Moysen: loquere nobis tu & audiemus: non loquatur nobis domin⁹ ne forte moriamur. Nō sic dñe nō sic oro: s; magis cum samuele propheta humiliter ac desideranter obsecro. Loquere dñe q: audit seruus tuus: nō loquatr mihi Moyses aut aliquis ex pphetis s; potius tu loq̃re dñe de⁹ inspirator & illuminator oīum pphetarū: q: tu solus sine eis potes me pfecte imbuere: illi aūt sine te nihil pficiēt. Possunt qdem verba sonare s; spiritū nō ꝯferūt. pulcherrime dicūt s; te tacēte cor non accendunt. Litteras tradūt: sed tu sensum aperis. Mysteria proferunt: sed tu referas intellectū signatorū. Mādata edicunt: sed tu iuuas ad perficiendum. Uiam ostendunt: sed tu confortas ad ambulandum. Illi foris tantum agunt: sed tu corda istruis & illumias. Illi exteri⁹ rigāt: s; tu fecūdita

tem donas. Illi clamant verbis:ſed tu auditui intelligentiaꝫ tribuis. Nõ ergo loquatur mihi moyſes:ſed tu dñe deuſ meus eterna veritas:ne forte moriar:⁊ ſine fructu eficiar. Si fuero tantuꝫ foris admonitus ⁊ intus non accenſus ne ſit mihi ad iudicium verbum auditum:⁊ non factū cognitum:nec amatū creditum:⁊ non ſeruatum. Loquere igitur dñe:q2 audit ſeru⁹ tuus. Verba .n. vite eterne habes:loquere mihi ad qualemcūqꝫ anime mee conſolationeꝫ ⁊ ad totius vite mee emendationem:tibi aūt ad gloriam:⁊ perpetuuꝫ honorem.

Q ō verba dei cuꝫ humilitate ſunt audienda:⁊ ꝙ multi ea non ponderant. Ca. iij.

Audi fili mi verba mea:verba ſuauiſſima:oēm philoſophorum:⁊ ſapientum huius mundi ſcientiam excedentia. Verba mea ſpirit⁹ ⁊ vita ſunt nec humão ſenſu pēſanda. Nō ſunt ad vanam complacentiam trahēda:ſed in ſilentio audienda:⁊ cuꝫ omni humilitate atqꝫ effectu magno ſuſcipiēda ⁊ dixi: Beatus eſt quem tu erudieris dñe ⁊ de lege tua docueris eum:vt mitiges ei a diebus malis:⁊ non deſoletur in terra. Ego īquit dñs docui prophetas ab initio:⁊ vſqꝫ nunc non ceſſo omnibus loqui:ſed multi ad vocem meam ſurdi ſunt ⁊ duri. Plures mundū libentius audiunt quam deum:facilius ſequūtur carnis ſue appetitum ꝙ̄ dei beneplacitum. Promittit mundus temporalia ⁊ parua:⁊ ſeruitur ei auiditate magna. Ego promitto ſumma ⁊ eterna:⁊ torpeſcunt mortaliuꝫ corda. Quis tanta cura mihi non in oībus ſeruit:⁊ obedit ſicut mūdo ⁊ dominis eius ſeruitur? Erubeſce ſydō ait mare. Et ſi cām queris audi quare pro modica prebenda longa via curritur:⁊ pro eterna vita vix a multis pes ſemel a terra leuatur.

Uile preciū q̄rit᷑: p vno
numismate interdū tur
piter litigat᷑: ⁊ p vana re
⁊ parua pmissione die no-
ctuq; fatigari nō timet᷑.
Sed prohdolor p bona
in cōmutabili: pro p̄mio
inestimabili: pro summo
honore ⁊ gloria intermi
nabili: vl' ad modicū fati
gari pigritatur. Erube-
sce ergo serue piger ⁊ q̄
rulose q illi paratiores
inueniuntur ad perditio
nem quam tu ad vitā.
Gaudēt illi amplius ad
vanitatē quā tu ad veri
tatē. Equidē a spe sua n̄
nunq̄ frustrant᷑: sed pro
missio mea neminē fal-
lit: nec ꝯfidentē mihi di
mittit inanem. Quod p
misi dabo: quod dixi im
plebo. si tn̄ vsq; in finem
fidelis in dilectione mea
q̄s permāserit. Ego remu
nerator sum omniū bo-
noꝝ ⁊ fortis pbator om
niū deuotoꝝ. Scribe v
ba mea in corde tuo: ⁊ p
tracta diligēter: erūt eni
in tpe tētatiōis valde ne
cessaria. Quod nō intel-
ligis cū legis: cognosces
in die visitatiōis. Dupli-
citer soleo electos meos
visitare: tentatione scz ⁊
cōsolatione: ⁊ duas lecti
ones eis quotidie lego:
vnā increpando eoꝝ vi-
tia: alterā exhortādo ad
virtutū incremēta. Qui
hz verba mea ⁊ spernit
ea: hz q iudicet eū in no
uissimo die.

Oratio ad implorādū
deuotionis grāz. Ca. iiij.

Domine deus me-
us omnia bona tu
es. Et quis ego sū
vt audeam ad te loqui.
Ego sum pauperim⁹ ser-
uulus tuus: ⁊ abiectus v
miculus multo pauperi
or ⁊ contemptibilior q̄
scio: ⁊ dicer᷑ audeo. Me
mento tamen domine:
quia nihil sum: nihil ha
beo: nihilq; valeo. Tu
solus bonus iustus ⁊ san
ctus: tu omnia potes: om
nia prestas: omnia imples:
solum peccatorem inanē
relinquens. Reminisce-
re miserationum tuarū
domine: ⁊ imple cor me
um gratia tua qui non
vis vacua eē opera tua.
Quomodo possum me
tolerare in hac misera

vita:nisi me confortauerit misericordia ꝛ gratia tua: noli auertere faciez tuam a me: noli visitationem tuam prolōgare: noli consolationem tuā abstrahere: ne fiat aīa mea sicut terra sine aq̄ tibi. Domine doce me facere voluntatem tuā: doce me coraz te digne ꝛ humiliter conuersari: quia sapiētia mea tu es: qui veritate me cognoscis: ꝛ cognouisti anteq̄ fieret mundus: ꝛ anteq̄ natus essem in mundo.

Q ō in veritate: ꝛ humilitate coram deo conuersandum est. Ca.v.

Fili ambula coram me in veritate: ꝛ simplicitate cordis tui quere me semp. Qui ambulat coraz me in veritate tutabitur ab incursibus malis ꝛ veritas liberabit cuz a seductoribus: ꝛ a detractionibus iniquorum. Si veritas te liberauerit: vere liber eris: ꝛ non curabis ō vanis hominuz verbis. Dñe verum est sicut dicis ita queso mecum fiat. Ueritas tua me doceat: ipsa me custodiat: ꝛ vsq3 ad salutarem finez me conducat. Ipa me liberet ab omni affectione mala: ꝛ inordinata dilectione: ꝛ ambulabo tecū in magna cordis libertate. Ego te docebo ait veritas que recta sūt: ꝛ placita coram me. Cogita peccata tua cum displicentia magna ꝛ merore: ꝛ nunq̄ reputes te aliqd eē propter opera bona. Reuera pctōres ꝛ multis passionibus obnoxius ꝛ implicatus. Ex te semper ad nihil tendis: ꝛ cito laberis: cito vinceris cito turbaris: cito dissolueris. Non habebis quicq̄ vnde possis gloriari: sed multa vnde te debes vilificare: q: multo infirmior es q̄ vales comprehēdere. Nihil ergo magnuz tibi videatur ex omnibus que agis: nihil grāde: nihil preciosum ꝛ admirabile: nihil reputatione appareat dignum: nihil altum: nihil vere laudabile ꝛ desiderabile: ni

si qd eternum est place-
at tibi super omnia eter
na veritas: displiceat tibi
super omnia vilitas ma-
xima tua. Nihil sic time
as: nihil sic vituperes ⁊
fugias: sicut vitia ⁊ pec-
cata tua que magis di-
splicere debent: q̄ queli
bet rerum dāna. Qui-
dam non sincere coram
me ambulant: sed qua-
dam curiositate ⁊ arro-
gantia ducti volūt secre
ta mea scire: ⁊ alta dei i
telligere: se ⁊ suam salu-
tem negligentes. Hi se-
pe in magnas temptatio-
nes ⁊ peccata propter su
am superbiam ⁊ curiosi
tatem meis aduersante
labuntur. Time iudicia
dei expauesce iram om
nipotentis. noli autē di
scutere opera altissimi: sꝫ
tuas iniquitates perscru
tare: in quantis deliqui
sti: ⁊ q̄ multa bona ne-
glexisti. Quidam solum
portant suam deuotio-
nem in libris: ⁊ quidam
in imaginibus: quidam
autem in signis exteriori
bus ⁊ figuris: quidā ha
bent me in ore: sed modi
cum in corde. Sūt ⁊ alij
qui intellectu illuminati
⁊ affectu purgati ad eter
na semper anhelant de
terrenis grauiter audiūt:
necessitatibus nature do
lenter inseruiūt: ⁊ hi sen
tiunt quid veritatis spiri
tus loquitur i eis qui do
cet eos terrena despice-
re: ⁊ amare celestia: mun
dum negligere: ⁊ celum
tota die ac nocte deside
rare.

De mirabili affectu di
uini amatoris. Ca. vj.

Benedico te pater
celestis pater do-
mini mei iesu chri
sti: quia mei pauperis di
gnatus es recordari. O
pater misericordiarum.
⁊ deus totius consolatio
nis: gratias ago tibi qui
me indignum omni con
solatione quandoqꝫ tua
recreas cōsolatione. Be
nedico te semper: ⁊ glori
fico cum vnigenito filio
tuo: ⁊ spiritusancto para
clito in secula seculorꝫ.
Eya domine deus ama
tor sancte meus cum tu
veneris in cor meum ex
ultabūt omnia interiora

32

mea. Tu es gloria mea
⁊ exultatio cordis mei: tu
spes mea ⁊ refugium me
um i die tribulatōis mee
Sꝫ q: adhuc debilis suꝫ
in amore ⁊ impfectus in
virtute: ideo necesse hēo
a te ꝯfortari: ⁊ consolari:
ꝓpterea visita me sepius
⁊ instrue disciplinis san
ctis. Libera me a passioni
bus malis: ⁊ sana cor me
um ab omnibus affectio
nibus inordinatis ⁊ vitijs
vt intus sanatus ⁊ bñ pur
gat⁹ apt⁹ efficiar ad amā
dum. fortis ad patiendū:
stabilis ad perseuerandū
Magna res ē amor: ma
gnum omnino bonum:
qđ solum leue facit om
ne onerosum: ⁊ fert equa
liter omne inequale. Nā
onus sine onore portat: ⁊
omne amarum dulce ac
sapidum efficit. Amor Je
sum nobilis ad magna o
perāda impellit: ⁊ ad de
sideranda semper perfe
ctiora excitat. Amor vult
esse sursum: nec vilis infi
mis rebus retineri. Amor
vult esse liber ⁊ ab omni
mundana affectione alie
nus: ne internus eius im
pediatur aspectus ne per
aliquod commodum tē
porale implicationes su
stineat aut per incommo
dum succumbat. Nihil
dulcius est amore: nihil
fortius: nihil altius: nihil
latius: nihil iocūdi⁹: nihil
plenius: nihil melius in ce
lo ⁊ i terra q: amor a do
natus est nec potest nisi i
deo super oīa creata req
escere. Amās volat currit
letatur: liber est ⁊ non te
netur dat oīa ꝓ omnib⁹
⁊ habet omnia in oībus
q: in vno summo suꝑ oīa
quiescit: ex quo omne bo
nū fluit ⁊ ꝓcedit. Nō re
spicit ad dona: sꝫ ad donā
tem se conuertit suꝑ oīa
inter anguſtias ſaluifica
me ex hora hac. Sed ꝓ
pterea veni in hanc horā
vt tū clarificeris cum fue
ro valde humiliatus: ⁊ ꝑ
te liberatus. Complaceat
tibi domine vt eruaſ me.
nam ego paup quid age
re poſſum. ⁊ quo ibo ſi-
ne te. Da pacientiam do
mine etiam hac vice. Ad
iuua me deus meuſ: ⁊ nō
timebo quantumcūqꝫ
grauatus fuero. Et nunc
inter hec quid dicaꝫ: Do
mine fiat voluntas tua:
ego bene merui tribula-
ri ⁊ grauari: oportꝫ vtiqꝫ
vt ſuſtineam: ⁊ vtinaꝫ pa
tienter donec tranſeat tē
peſtas ⁊ meliꝰ fiat. Po
tens eſt autem omnipo-
tens manus tua: etiam
hanc tentationem a me
auferre: ⁊ eius impetum
mitigare: ne penitus ſuc-
cumbam: quemadmo-
dum ⁊ prius ſepe egiſti
mecum deus meus mi-
ſericordia mea. Et quan
to mihi difficilius: tanto
tibi facilior eſt hec muta
tio dextere excelſi.

47

De diuino petendo auxilio ꝛ confidentia recuperande gratie. Cap. xxxv

Fili ego dominus confortans in die tribulationis. Ueni as ad me cum tibi non fuerit bene. Hoc est qd maxime impedit ꝯsolationem celestem. q: tardius conuertis te ad orationem. Nam ante quam me intende roges: multa interim solatia queris ꝛ recreas te in externis. Ideoqꝫ fit vt parum omnia ꝓsint donec aduertas q: ego sum qui eruo sperantes i me nec est extra me valēs consilium neque vtile: sꝫ neque durabile remedium. Sed iam resumpto spū post tempestatem reconualesce luce miserationum earum quia prope sum dicit dominus: vt restaurem vniuersa: nō solū itegre sꝫ ꝛ abūdāter ꝛ cumulate. Nunquid mihi qcꝙ̄ est dificile. aut ero similis dicenti ꝛ non faciēti: Ubi est fides tua. Sta firmiter ꝛ perseueranter. Esto longanimis ꝛ virfortis veniet tibi consolatio in tpe suo expecta me expecta veniā ꝛ curabo te. Tēptatio est q̄ te vexāt: ꝛ formido vana q̄ te exterret. Quid iportat sollicitudo de futuris ꝯtingētibus nisi vt tristritiā super tristitiā habeas: Sufficit diei malitia sua. Uanum est ꝛ inutile de futuris ꝯturbari vel gratulari q̄ forte nunq̄ euenient. Sꝫ hūanum est huiusmōi imaginationibus illudi: ꝛ parui adhuc animi signum tam leuiter trahi a sugestione inimici. Ipe. n. ñ curat an veris an falsis illudat ꝛ decipiat: ꝛ vtrum presentiū amore an futurorum formidine ꝓsternat. Nō ergo turbetur cor tuum neque formidet. Crede i me ꝛ in misericordia mea habeto fiduciam. Qñ tu te elongatum estimas a me sepe sum propinquior: Qñ tu estimas totum perditum: tunc sepe magis merendi instat lucrum. Non est totum perditum qñ res accedit icōtrarium. Nō debes iudicare secundū presens sentire: nec si grauitati alicui vndecunque

venienti inherere ⁊ accipere tanq̄ omnis spes sit ablata emergendi. Noli putare te derelictū ex toto: quāuis ad tempus miseri tibi aliquam tribulationem: sic enim transitur ad regnum celorum. Et hoc sine dubio magis expedit tibi ⁊ ceteris seruis meis vt exercitemini aduersis: q̄ si cuncta ad libitum haberetis. Ego noui cogitationes absconditas: q2 multum expedit ꝓ salute tua vt interdū sine sapore relinquaris: ne forte eleueris in bono successu: ⁊ tibiipsi placere velis in eo quod nō es. Quod dedi auferre possum: ⁊ restituere cum mihi placuerit. Cum dedero meū ē: cum subtraxero tuum nō tuli: q2 meum ē omne datum bonum ⁊ omne donū perfectū. Si tibi ad misero grauitatem aut q̄s libet cōtrarietatem: nō indigeris neq3 concidat cor tuum ⁊ ego cito subleuare possum ⁊ omne onus i gaudium transmutare. Uerūtamen iustus sū ⁊ recommendabilis multum cum sic facio tecum. Si recte sapis ⁊ in veritate aspicis nunquam debes propter aduersa tam deiecte cōtristari: sed magis gaudere ⁊ gratias agere: immo hoc vnicum reputare gaudium q2 affligens te doloribus non parco tibi. Sicut dilexit me pater ego diligo vos dilectis discipulis meis quos vtique non misi ad gaudia temporalia: sed ad magna certamina nō ad honores sed ad despectiones: non ad ocium: sed ad labores non ad requiem: sed ad afferendū fructum multum in patientia. Horum memento fili mi verborum.

De neglectu omnis creature vt creator possit inueniri. Cap. xxxvj.

Domine mi adhuc bene indigeo maiori gratia si debeam illuc peruenire vbi nemo poterit nec vlla creatura impedire. Nam quādiu res aliqua me retinet: nō possū libere ad te volare. Cupiebat libere

volarē qui dicebat. Quis
dabit mihi pennas ſicut
columbe:⁊ volabo ⁊ req
eſcam: Quid ſimplici ocu
lo quietus:⁊ quid liberiuſ
nil deſiderante in terris:
Oportet igiť omnem per
trāſire creaturā:⁊ ſeipſuʒ
perfecte deſerere ac in ex
ceſſu mentis ſtare ⁊ vide
re te omnium conditoreʒ
cum creaturis nil ſimile
habere. Et niſi quis ab
oībus creaturis fuerit ex
peditus non poterit libe-
re intendere diuinis. Jō
enim pauci inueniunť cō
templatiui:qꝛ pauci ſciūt
ſe a perituris creaturis ad
plenum ſequeſtrari. Ad
hoc magna requiriť gra
tia,que animā leuet ⁊ ſu
pꝛa ſeipſam rapiat. Et ni
ſi homo ſit in ſpiritu ele-
uatus ⁊ ab omnibus crea
turis liberatus ac deo to-
tus vnitus quicquid ſcit:
quicquid etiā habet non
eſt magni ponderis. Diu
paruus erit ⁊ in terra ia-
cebit q aliqd magni eſti-
mat niſi ſolum vnum im
menſuum eternuʒ bonū
Et quicquid deus non ē
nihil eſt ⁊ pro nihilo cō-
putari debet. Eſt quippe
magna differentia ſapiē-
tia illuminati ⁊ deuoti vi
ri:⁊ ſcientia litterati ⁊ ſtu
dioſi clerici. Multo. nobi
lioꝛ eſt illa doctrina que
deſurſum ex diuina influ
entia manat q̄ꝫ que labo-
rioſe humano acquiritur
ingenio. Plures reperiū
tur contēplationem deſi
derare:ſed que ac eaʒ re
quiruntur nō ſtudent ex-
ercere. Eſt ⁊ magnū im-
pedimentum qꝛ in ſignis
⁊ in reb⁹ ſenſibilibus ſta-
tur ⁊ parum de perfecta
mortificatiōe habeť Ne-
ſcio quid eſt ⁊ quo ſpiri-
tu ducimur ⁊ quid ꝓten-
dimus qui ſpirituales di-
ci, videmur quod totuʒ la
borem ⁊ ampliorem ſolli
citudinem ꝑ tranſitoꝛijs
⁊ vilibus rebus agimus:⁊
de interioꝛib⁹ noſtris vix
raro plene recollectis ſen
ſibus cogitamus. Proh-
doloꝛ ſtatim poſt modicā
recollectioneʒ foras erū-
pimus:nec opa noſtra di
ſtricta examinatione tru-
tinamus: Ubi iacent affe-
ctus noſtri non attēdim⁹
⁊ quaʒ impura ſint omnia

nostra nõ deploram⁹: Oĩs qppe caro corruperat vi-am suam ꝛ iõ sequebatur diluuium magnum. Cum ergo interior affectus noster corruptus sit: necesse est vt actio sequens index carentie interioris vigoris corrumpatur. Ex puto corde procedit fructus⁹ bone vite. Quantuȝ quis fecerit queritur: sed ex quãta virtute agit nõ tam studiose pensatur. Si fuerit fortis diues: pulcher: habilis vel bonus scriptor bonus cantor bonus laborator inuestigator quam pauper sit spũ quam patiens ꝛ mitis: quam deuotus ꝛ internus a multis tacetur. Natura exteriora hominis respicit: gratia ad interiora se conuertit. Illa frequenter fallit̃ ista in deo sperat vt non decipiatur.

De abnegatione sui ꝛ abdicatione omnis cupiditatis. Cap. xxxvij.

Fili non potes perfecte possider̃ libertatem nisi totaliter abneges temetipsum. Cõpediti sunt omnes proprietarij ꝛ suijpsi⁹ amatores cupidi: curiosi gyrouagi querentes semper mollia non que Jesu Christi: sed sepe hoc fingentes ꝛ componentes quod non stabit. Peribit enim totum quod non est ex deo ortũ. Tene breue ꝛ consumatum verbum. Dimitte omnia ꝛ inuenies omnia. Dimitte cupiditatem ꝛ ĩuenies requieȝ. Hoc mẽte pertracta: ꝛ cuȝ impleueris: omnia intelliges. Dñe hoc non est opus vnius diei nec ludus paruulorũ: imo in hoc breui includitor omnis perfectio religiosoruȝ. Fili non debes auerti nec statiȝ dĩci audita via perfectorum sȝ magis ad sublimiora ꝓuocari ꝛ ad minus ad hec ex dsiderio suspirare. Utinam sic tecum esset ꝛ ad hoc peruenisses vt tuijpsius amator non esses: sed ad nutum meuȝ pure stares ꝛ eius quem tibi ꝓposui patris tunc michi valde placeres ꝛ tota vita tua cũ gaudio ꝛ pace trãsiret. Habes adhuc mlta ad reliquendum: que nisi

49

mihi ex integro resignaue ris non acquires quid po stulas Suadeo tibi a me emere aurum ignitum vt locuplex fias: idest sapien tiam celestē oia infirma conculcantem. ¶Postpo ne terrenam sapientiam oēm humanam compla tientiam ꝛ proprias. Diri tibi viliora emenda pro p̄ ciosis ꝛ altis in rebus hu manis. Nam vilis ꝛ par ua ac pene obliuioni tra dita videtur vera celestis sapientia: non sapiens al ta de se nec magnificari q̄ rens in terra: quam mul ti oretenus predicant sed vita longe dissentiunt ip sa tamē est preciosa mar garita a multis abscondi ta.

De instabilitate cordis ꝛ de intentione finali ad deū habēda. Cap. xxxviij.

Fili noli credere af fectui tuo: q nunc ē cito mutabitur in aliud. Quādiu enim vixe ris mutabilitati subiectus eris etiam nolens vt mo do let⁹: modo tristis: mo do pacatus: modo turba tus: nunc deuotus: nunc i deuotus: nunc studiosus: nunc accidiosus: nūc gra uis: nunc leuis inueniaris Sz stat super hec muta bilia sapiens ꝛ bene do ctus in spiritu: non atten dens quid in se sentiat vl qua parte flet ventus in stabilitatis: sz vt tota intē tio mentis eius ad debi tum ꝛ ad optimum̄ pfici at finem. Nam sic pote rit vnus ꝛ idem inconcul sus permanere: simplici i tentionis oculo per tot va rios euentus ad me in p̄ termisse directo. Quan to aūt purior fuerit inten tionis oculus tanto cōstā tius inter diuersas itur p cellas. Sz in multis calli gat oculus intentionis: re spicit eniz cito in aliquod delectabile qd occurrit: ꝛ raro totus liber qs inue nitur a neuo pprie exqui sitionis. Sic iudei oliz ve nerant in Betaniam ad Martham ꝛ Mariā nō propter Jesum tm̄: sed vt Lazaruz videret. Mūdā dus ē ergo intētionis ocu lus vt sit simplex ꝛ rect⁹ atqz vltra oia varia me dia ad me dirigēdus.

Quod amanti sapit deus super omnia ꝛ in omnibus. Cap. xxxix.

Ecce deus meus ꝛ omnia. Quid volo amplius ꝛ quid felicius desiderare possum? O sapidum ꝛ dulce verbum: sed amanti verbū non mundū nec ea que ī mundo sunt. Deus meus ꝛ oīa intelligenti satis dictum est: ꝛ sepe repetere iocundum est amāti. Te siquidem pñte iocūda sūt oīa: te aūt absente fastidiunt cuncta. Tu facis cor tranquillum ꝛ pacē magnam leticiāq; festiuam. Tu facis bene sentire de oibus ꝛ in oibus te laudare: nec pōt aliquid sine te diu placere: sʒ si dʒ gratū esse ꝛ bene sapere: oportʒ gratiā tuam adesse ꝛ cōdimento tue sapientie cō diri. Cui tu sapis: quid ei recte non sapiet ꝛ cui tu non sapis: quid ei ad iocūditatem eē poterit? Sʒ d̄ficiunt in tua sapiētia mūdi sapiētes ꝛ q̄ carnem sapiunt: q; ibi plurima vanitas ꝛ hic mors inuenitur. Qui autem te per contemptum mundanorum ꝛ carnis mortificationem sequuntur: vere sapientes esse cognoscuntur: q; de vanitate ad veritatem: de carne ad spiritum transferuntur. Istis sapit deus ꝛ quicquid inuenitur in creaturis totum referunt ad laudem sui cōditoris. Dissimilis tamē ꝛ multū dissimilis sapor creatoris ꝛ creature: eternitatis ꝛ tēporis lucis increate ꝛ lucis illuminate. O lux perpetua cuncta creata trāscēdens lumina fulgura coruscationem de sublimi penetrantem omnia intima cordis mei purifica: letifica: clarifica: ꝛ viuifica spiritum meu' cum suis potentijs ad inherendum tibi iubilosis excessibus. O quādo veniet hoc beata ꝛ desiderabil' hora vt tua me saties presentia: vt sis mihi omnia in omnibus. Quādiu hoc datum non fuerit: nec plenum gaudium erit. Adhuc prohdolor viuit in me vetus homo non ē tot' crucifix': n̄ est perfecte mortuus. Adhuc concupiscit fortiter

aduersus spiriptum: bella mouet intestina nec regnum anime patitur esse quietum. Sʒ tu qui dñaris potestati maris: ⁊ motum fluctuʒ eius tu mitigas exurge adiuua me: Dissipa gentes que bella volunt: ꝯtere eas in uirtute tua oñde q̃so magnalia tua ⁊ glorificetur dextera tua: quia nõ est spes alia nec refugium mihi nisi te domine deus meus.

Quod non est securitas a tẽptatione in hac vita. Cap. xl.

Fili nunq̃ȝ secur⁹ es in hac vita: sʒ quoad vixeris sp arma spiritualia tibi sũt necessaria. Inter hostes versaris a dextris ⁊ a sinistris impugnaris. Si ergo nõ veteris vndique scuto patientie nõ eris diu sine vulnere: Insuper si non ponis cor tuũ fixe in me cũ mera voluntate cũcta patiẽdi ꝓpter me non poteris ardorem istuʒ sustinere nec ad palmam pertingere btõꝝ. Oportʒ te ergo viriliter omnia pertrãsire: ⁊ potẽti manu vti aduersus obiecta. Nam vincenti datur mãna ⁊ torpẽti relinquitur multa miseria. Si queris in hac vita requiem: quõ tunc peruenies ad eternam? Nõ ponas te ad multam requiem: sʒ ad magnam patientiam. Querere veram pacẽ nõ in terris sʒ i celis ñ i oibus nec i ceteris creaturis: sʒ i deo solo. Pro amore dei debes omnia libẽter subires: tẽptatões vexatões: anxitates necessitates: ifirmitates: iniurias: oblocutiones: rep̃hẽsiones: humiliationes: cõfusiones: correctiones: ⁊ despectiones. Hec iuuãt ad virtutes: hec probant Christi tyronem: hec fabricant celestem coronã. Ego reddam ei eternam mercedem pro breui labore: ⁊ infinitam gloriam pro transitoria confusione. Putas ꝙ semper habebis pro tua volũtate cõsolatiões spirituales? Sãcti mei non habuerunt tales sed multas grauitates ⁊ temptatiões varias magnasq̝ desolatões: sʒ patiẽtes sustinuerũt, se i oi-

bus: ꝛ magis sunt confisi deo q̄ sibi: scientes q: nō sunt condigne passiones huius tp̄is ad futurā gloriam ꝓmerendā. Uis tu statim habere: qḋ multi pꝰ lachrymas ꝛ magnos labores vix obtinuerunt. Expecta dn̄m viriliter age ꝛ confortare noli diffidere: noli discedere: sed corpus ꝛ aiam expone constāter ꝓ gloria dei. Ego reddam plenissime. Ego tecum ero in omni tribulatione.

Contra vana hominū iudicia. Cap. xlj.

Fili iacta cor tuum firmiter in domino: ꝛ humanum ne metuas iudicium: vbi te conscientia pium reddit ꝛ insontem. Bonum ē ꝛ beatum taliter pati: nec hoc erit graue humili cordi: ꝛ deo magis q̄ sibiipsi cōfidenti. Multi multa loquūtur: ꝛ ideo parua fides est adhibenda. Sꝫ ꝛ oībus satis esse non est simile. Et si Paulus oībus studuit in dn̄o placere: ꝛ oībus oīa factus est: tamen etiam pro minimo duxit q̄ ab humano die iudicatus fuerit. Egit satis pro aliorum edificatōe ꝛ salute quātum in se erat ꝛ poterat: sꝫ ne ab aliis aliqñ iudicaretur vel non despiceretur cohibere non potuit: ideo totum deo commisit qui totum nouerat ꝛ patientia ꝛ humilitate contra ora loquentium iniqua ac etiam vana ac mendosa cogitantium atq̄ ꝓ libitu suo queq̄ iactantium se defendit. Respondit tamen interdum ne infirmis ex sua taciturnitate generaretur scādalum. Quis tu vt timeas a mortali homine? Hodie est ꝛ cras non comparet. Deum time ꝛ hominum terrores nō expauesces. Quid potest aliquis in te verbis aut iniuriis. Sibi potius nocet q̄ tibi: nec poterit iudicium dei effugere quicūq̄ est ille. Tu habe deum pre oculis ꝛ noli contēdere verbis q̄rulosis. Quod si ad presens videris succūbi ꝛ cōfusionē pati quam nō meruisti: ne idigneris ex hoc neq̄ impatiētiam minu-

51

as coronam tuam: sed ad me potius respice i celuz: qui potens sum eripere ab omni confusione ⁊ iniuria ⁊ vnicuique reddere secundum opera sua.

De pura ⁊ integra resignatõe sui ab obtinenda cordis libertatẽ. Cap. xlij.

Fili relinque te ⁊ inuenies me. Sta sine electione ⁊ omni proprietate: ⁊ semper lucraberis. Nam adijcietur tibi amplior gratia: statim vt te resignaueris nec resumpseris. Domine quotiens me resignabo ⁊ in quibus relinquã? Semper ⁊ in omni hora sicut in paruo sit ⁊ in magno: nichil excepio sed in omnibus te nudatum inueniri volo. Alioquin quomodo poteris esse meus ⁊ ego tuus nisi fueris ab omni propria voluntate intus ⁊ foris spoliatus. Quãto celerius hoc agis: tãto meli⁹ habebis: ⁊ quãto pleni⁹ ⁊ sinceri⁹: tanto plus mihi placebis ⁊ amplius lucraberis. Quidã se resignant sz cũ aliqua exceptione. Non eni plene deo ꝯfidunt iõ prouidere sibi satagunt. Quidam etiam primo totum offerunt: sz postea temptatione pulsante ad ꝓpria redeunt: ideo minime in virtute ꝓficiunt. Hic ad veraz puri cordis libertatatem ⁊ iocunde familiaritatis mee gratiam non pertingent: nisi integra resignatione ⁊ quotidiana sui imolatiõe prius facta: sine qua non stat nec stadit vnio fruitia. Dixi tibi sepissime: ⁊ nunc iterum dico. Relinque te: resigna te ⁊ frueris magna interna pace. Da totum pro toto: nil exquire: nil repete: sta pure ⁊ inhesitanter in me ⁊ habebis me Eris liber in corde: ⁊ tenebre nõ culcabunt te. Ad hoc conare: hoc ora: hec stude desiderare: vt ab omni proprietate possis expoliari: nudus nudum Iesuz seq: tibi mori ⁊ mihi eternaliter viuere. Tunc deficient omnes vane fantasie conturbationes iniq̃ ⁊ cure superflue. Tũc etiam recedet immoderat⁹ timor ⁊ inordinatus amor:

morietur.

De bono regimine in externis ꝛ recursu ad deũ in periculis. Cap. xliij.

Fili ad istud diligẽter tendere debes vt in omni loco actione seu occupatione externa sis intimus liber ꝛ tuijpsius potens: ꝛ sint omnia sub te ꝛ tu non sub eis: vt sis dominus actionum tuarum: ꝛ rectoꝛ nõ seruus nec empiticius sed magis exemptus: verusq3 hebꝛeus in soꝛtem ac libertatem transiens filiorum dei qui stant super pꝛesentia ꝛ speculãt eterna: qui trãsitoꝛia intuentur sinistro oculo: ꝛ dextro celestia: quos temporalia non trahunt ad inherendum: sed trahunt ipsi ea magis ad bene seruiendum pꝛout oꝛdinata sunt a deo ꝛ instituta a summo opifice qui nil inoꝛdinatum reliquit in sua creatura. Si etiam in omni euentu stas non in apparentia externa: nec oculo carnali lustras visa vel audita: sed mox i quaslibet causa intras cũ Moyse in tabernaculum ad consulendum dominum: audies nonnunquam diuinum responsum ꝛ redies instructus de multis pꝛesentibus ꝛ futuris. Semper enim Moyses recursum habuit ad tabernaculum pꝛo dubijs ꝛ questionibus soluendis fugitque ad oꝛationis adiutoꝛium pꝛo periculis ꝛ impꝛobitatibus hominuz subleuandis. Sic ꝛ tu cõfugere debes in coꝛdis tui secretarium diuinum intentius imploꝛando suffragium. Propterea nã q3 Josue ꝛ filij israel a gabaonitis leguntur decepti: q2 os domini non pꝛius interrogauerunt: s3 nimium creduli dulcibus sermonibus falsa pietate delusi sunt.

Q d hõ nõ sit ipoꝛtun⁹ in negocijs. Cap. xliiij.

Fili committe mihi semper causam tuam ꝛ ego bene disponã in tempoꝛe suo. Expecta oꝛdinatõez meã ꝛ senties inde pfectum.

52

Dñe satis libēter oēs res tibi committo: q2 parum potest cogitatio mea pficere. Utinam non multum adhererem futuris euentibus sed ad beneplacitum tuum me incūctanter offerrem. Fili mi sepe honorem aliquā agitat q̄ desiderat sed cum ad eam peruenerit aliter incipit sentire: q2 affectiones circa idem non sunt durabiles sed magis de vno in aliud nos impellunt. Non ergo minimū etiam in minimis se relinquere. Uerus profectus hominis est abnegatio suipsius: ꝛ homo abnegatus valde liber est ꝛ securus. Sed antiquus hostis omnib⁹ bonis aduersans a temptatione non cessat: ꝛ die noctuq3 graues molitur isidias: si forte in laqueum deceptionis possit precipitare icautum. Uigilate ergo ꝛ orate dicit dominus vt non intretis in temptationez.

Quod homo nihil boni ex se h3 ꝛ de nullo gloriari potest. Cap. xlv.

Domine quid ē homo q memor sis eius: aut filius hominis q2 visitas eū? Quid pmeruit homo vt dares illi gratia3 tuam. Domine quid possum conqueri si deseris me aut quid iuste obtendere possum: si qd peto non feceris? Certe hoc in veritate cogitare possum ꝛ dicere. Domine nihil sum: nihil boni ex me habeo: sed in omnibus deficio ꝛ ad nihil semper tendo. Et nisi a te fuero adiutus: ꝛ interius informatus: totus efficior tepidus ꝛ dissolutus. Tu autem dñe semper idem ipse es ꝛ permanes ineternum: semp bonus iustus ꝛ sanctus bene ꝛ iuste ac sancte agēs oia ꝛ disponēs in sapientia. S3 ego q ad defectū magis pnus sum q̄ ad pfectū nō su3 semp in vno statu pdurās q2 septē tēpora mutant sup me. Ue rūtamē cito melius fit cū tibi placuerit ꝛ manū porrexeris adiutricē: q2 tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari: ꝛ in

tantum ꝯfirmari vt vul/tus meus amplius in di/uersa nō mutetur: ſʒ in te vno coꝛ meū ꝯuertatur ⁊ quieſcat. Vn̄ ſi bene ſci/rem oēʒ humanā ꝯſola/tionē abijcere: ſiue pp̄ de uotōeʒ adipiſcēdam ſiue pp̄ neceſſitatē qua cōpel loꝛ te querere q: nō ē hō qui me ꝯſoletur: tunc me rito poſſem de gratia ſpe rare tua: ⁊ de dono noue conſolationis exultare.

Gratias tibi vn̄ totū ve/nit quotiēſcunqʒ mihi be ne ſuccedit. Ego autē va nitas ⁊ nihilum an̄ te: in/cōſtās hō ⁊ infirmꝰ. Vn de egoꝰ poſſum gloꝛiari: aut cur appeto reputari? Nūquid de nihilo ⁊ hoc vaniſſimū eſt. Vere ina/nis gloꝛia mala peſtis: va nitas maxima: q: a vera trahit gloꝛia ⁊ celeſti ſpo liat gratia. Dū enim ho/mo complacet ſibi: diſpli/cet tibi: dū inhiat laudibꝰ humanis puatꝰ veris vir tutibus. Eſt aūt vera glo ria ⁊ exultatio ſancta: glo riari in te ⁊ non in ſe gau dere in nomine tuo nō in virtute pꝛopꝛia: nec in ali/qua creatura delectari ni ſi pꝛopter te. Laudetꝰ no/men tuū nō meuʒ magni ficetꝰ opus tuū non meū: benedicatꝰ nomē ſanctuʒ tuum nihil aūt attribuatꝰ mihi de laudibus hoīum Tu gloꝛia mea tu exulta/tio coꝛdis mei. In te gloꝛi boꝛ ⁊ te exultabo tota die pꝛo me aūt nihil niſi in in firmitatibus meis. Que/rant iudei gloꝛiam q̄ ab i ulcē eſt: ego hāc requiram q̄ a ſolo deo eſt. Oīs qui dē gl'ia humana: oīs ho/noꝛ tp̄alis: omnis altitu/do mūdana eterne gloꝛie tue comparata vanitas ē ⁊ ſtulticia. O veritas mea ⁊ miſericoꝛdia mea: deus meus trinitas beata tibi ſoli laus virtꝰ honoꝛ ⁊ glo ria per infinita ſeculoꝛum ſecula. Amen.

De cōtēptu oīs tp̄alis honoꝛis. Cap. xlvj.

Fili noli tibi attra/here ſi videas alios honoꝛari ⁊ eleuari: te autem deſpici ⁊ humi/liari. Erige coꝛ tuum ad me in celum. ⁊ non con/triſtabit te contemptus hominis in terris. Domi/

ne in cecitate sumus ꝛ va
nitate cito seducimur. Si
recte me inspicio: nun-
quam mihi facta est iniu
ria ab aliqua creatura. vn
de nec iuste habeo con-
queri aduersum te. Quia
autem frequenter ꝛ gra-
uiter peccaui tibi: merito
armatur contra me om-
nis creatura. Mihi igitur
iuste debetur confusio ꝛ
contemptus tibi autem
laus honoꝛ ꝛ gloꝛia. Et
nisi me ad hoc pꝛepara-
uero ꝙ velim libenter ab
omni creatura despici ꝛ
relinqui atqꝫ penitus ni-
hil videri: non possum in
terius pacificari ꝛ stabili-
ri: nec spiritualiter illumi-
nari: neqꝫ plene tibi vniri

Q̄ ꝯ pax nō ē ponēda i
hoibus. Cap. xlvij.

Fili si ponis pacem
tuam cum aliqua
persona pꝛopter tu
um sentire ꝛ conuiuere i
stabilis eris ꝛ impacatus
Sed si recursum habes
ad semper viuentē ꝛ ma
nentem veritatem: non
contristabit te amicus re
cēdens aut moꝛiens. In
me debet amici dilectio
stare ꝛ pꝛopter me diligē
dus est quisquis tibi bo-
nus visus est ꝛ multum
charus in hac vita. Sine
me non valet nec dura-
bit amicitia: nec est vera
ꝛ munda dilectio quam
ego non copulo. Ita
moꝛtuus debes esse tali-
bus affectionibus dilecto
rum hominum vt quan-
tum ad te pertinet sine
omni humano optares
esse consoꝛtio. Tanto ho
mo deo magis appꝛopin
quat: quanto ab omni so
latio terreno longius.
Tanto etiam altius ascē
dit ad deum quanto pꝛo
fundius in se descendit ꝛ
plus sibijpsi vilescit. Qui
autem aliquid boni sibi
attribuit: gratiam dei in
se venire impedit: quia
gratia spiritus sancti coꝛ
humile querit semper.
Si scires te perfecte an-
nihilare atque ab omni
creato amoꝛe euacuare:
tunc deberem in te cum
magna gratia emanare.
Sed quando tu respicis
ad creaturas subtrahitur

tibi aſpectus creatoꝛis. Diſce te in omnibus pꝛopter creatoꝛem vincere: tunc ad diuinam valebis cognitionem pertingere. Quantumcunque modicum ſit ſi inoꝛdinate diligitur ⁊ reſpicitur retardata a ſummo ⁊ vitiat.

Contra vanā ⁊ ſecularez ſcientiā. Cap. xlviij.

F ili non moueant te pulchꝛa ⁊ ſubtilia dicta hominum non enim eſt regnuz dei in ſermone: ſed in virtute. Attende verba mea que coꝛda accendunt ⁊ mentes illuminant: inducunt compunctionem ⁊ variam ingerunt conſolationem. Nunquam ad hoc legas verbum vt doctioꝛ aut ſapientioꝛ poſſis videri: ſed ſtude moꝛtificationem vitioꝛum quia hoc amplius tibi pꝛoderit quam noticia multarum difficilium queſtionum. Cum multa legeris ⁊ cognoueris: ad vnum tamen opoꝛtet venire p̄ncipium. Ego ſum qui doceo hominem ſcientiam: ⁊ clarioꝛem intelligentiam paruulis tribuo: quaʒ ab homine poſſit doceri. Cui ego loquoꝛ: cito ſapiens erit ⁊ multum in ſpiritu pꝛoficiet. Ue illis qui multa curioſa ab hominibus inquirūt: ⁊ de via mihi ſeruiendi parum curāt. Ueniet tempus quādo ap̄pebit magiſter magiſtroꝛum Chꝛiſtus dominus angeloꝛum cunctorum auditurus lectiones. hoc eſt ſinguloꝛum examinaturus conſcientias: ⁊ tunc ſcrutabitur hieruſalem in lucernis: ⁊ manifeſtauerunt abſcondita tenebꝛarum: tacebuntqꝫ argumēta linguarum. Ego ſum qui humilem in puncto eleuo mentem: vt plures eterne veritatis capiat rationes q̄ ſi quis decem annis ſtuduiſſet in ſcholis. Ego doceo ſine ſtrepitu verboꝛum ſine cōfuſione opinionum: ſine faſtu honoꝛis: ſine pugnatione argumentoꝝ. Ego ſum qui doceo terrena d̄ſpicere: p̄ſentia faſtidire: eterna q̄rere: eterna ſapē:

honores fugere: scandala sufferre oēm spem in me ponere: extra me nil cupere: ⁊ super oia ardenter me amare. Nā quidam amando me intime didicit diuina ⁊ loquebať mirabilia. Plus ꝓficit in relinquendo oia q̄ꝫ in studēdo subtilia. Sꝫ aliis loquor cōia: aliis specialia: aliquibꝰ insignis ⁊ figuris dulciter appareo: quibusdam vero in multo lumine reuelo mysteria. Una vox librorum: sed nō oēs eque informat q: intus sum doctor veritatis: cordis scrutator: cogitationum intellector: actionuꝫ ꝓmotor: distribuens singulis sicut dignuꝫ iudicauero.

De nō attrahendo sibi res exteriores. Cap. xliv

Fili in multis oportet te esse inscium: ⁊ estimare te tanq̄ꝫ mortuum super terram: ⁊ cui totus mundus crucifixus sit. Multa etiaꝫ oportet surda aure pertransire ⁊ q̄ tue pacis sunt magis recogitare. Utilius est oculos a rebus displicentibus auertere ⁊ vnicuiqꝫ suum sentire relinquere quaꝫ contentiosis sermonibus deseruire. Si bene steteris cuꝫ deo ⁊ eius iudicium asperceris: facilius te victum portabis. O domine quousqꝫ venimus. Ecce damnū defletur tēporale: ꝑ modico questu laborať ⁊ curritur: ⁊ spirituale detrimentum in obliuionem transit: ⁊ vixsero reditur. Quod paruꝫ vel nihil prodest attenditur: ⁊ quod summe necessariuꝫ est negligenter preterit. q: totus homo ad externa defluit: ⁊ nisi cito resipiscat libens in exterioribus iacet.

Quod omnibus non est credendum: ⁊ de facili lapsu verboꝝ. Cap. l.

Da mihi auxiliuꝫ domine de tribulatione: quia vana salus hominis. Quam sepe ibi non inueni fidem vbi me habere putaui. Quotiēs etiam ibi reperi: vbi minꝰ ꝑsumpsi. Uana ergo spes in hominibus: salus autē iustorum in te deus. Benedictus sis domine de-

us in omnibus que nobis accidunt infirmi sumus ⁊ instabiles: cito fallimur ⁊ permutamur. Quis ē homo qui ita caute ⁊ circunspecte in omnibus se custodire valet vt aliquando in aliquam deceptionem vel perplexitatem nō veniat? Sed qui in te domine confidit ac simplici ex corde querit: non tam facile labitur. Et si inciderit aliquam tribulationem quomodocūq₃ etiā fuerit implicatus: citius per te eruetur aut a te consolabitur: q₂ tu non deseris in te sperantem vsq₃ in finem. Rarus fidus amic⁹ in cunctis amici perseuerans pressuris. Tu domine tu solus es fidelissim⁹ in omnibus: ⁊ preter te ñ est alter talis. O q₃ bene sapuit illa anima sancta que dixit mens mea solidata est in Christo fundata. Si ita mecum foret: non tam facile timor human⁹ me sollicitaret nec verborum iacula mouerent. Quis omnia preuidere: quis pre cauere futura mala sufficit. Si preuisa etiam ledunt sepe: quid improuisa nisi grauiter etiam feriunt? Sed quare mihi misero non melius prouidi? Cur etiā₃ tam facile alijs credidi? S₃ homines sumus: nec aliud q₃ fragiles homines sumus: etiam si angeli a multis estimamus ⁊ dicimur. Cui credam domine cui credam nisi tibi? Ueritas es que non falllis nec falli potes. Et rursum. Omnis homo mendax: infirmus instabilis ⁊ labilis: maxime in verbis ita vt statim vix credi debeat quod rectum in facie sonare videtur. Qua₃ prudenter premonuisti cauendum ab hominibus ⁊ quia inimici hominis domestici eius nec credendum si quis dixerit: ecce hic aut ecce illic. Doctus sum damno: ⁊ vtinam ad cautelam maiorem: non ad insipientia₃ mihi. Cautus esto quidam ait cautus esto serua apud te q̄ dico. Et dum ego sileo ⁊ absconditum credo: nec ille silere potest quod silendum petijt: sed statim p

dit me ⁊ le ⁊ abijt. Ab hu
iuſmodi fabulis ⁊ in cau-
tis hominib⁹ protege me
domine: ne in manus eo
rum incidaȝ nec vnqam
talia comittam. Verbum
verum ⁊ ſtabile da in os
meum ⁊ linguā callidam
longe fac a me. Qđ pati
nolo omnimode cauere
debeo. O q̄ȝ bonum ⁊ pa
cificum de alijs ſilere nec
aliuȝ indifferenter omnia
credere: neque đ facili vl
terius effari: paucis ſeipſū
reuelare: te ſp̱ inſpectorē
cordis querere: nec oi vē
to verborum circunferi:
ſȝ oia intima ⁊ externa ſe
cundum tue beneplacitū
voluntatis optare perfici.
Quā tutum ꝑ conſerua
tiōe celeſtis gratie huma
nam fugere apparentiaȝ:
nec appetere que foris ad
miratione videntur prebe
re: ſȝ ea tota ſedulitate ſe
ctari q̄ vite emēdatōȝ dāt
⁊ feruorem. Quam mul-
tis nocuit virtus ſcita ac p̄
propere laudata: q̄ȝ ſana
profuit gratia ſilentio ſer
uata in hac fragili vita q̄
tota temptatio fertur ⁊
malicia.

De confidentia in deo habenda quando inſurgunt verborum iacula. Capitulum. .lj.

f Ili ſta firmiter ⁊
ſpera in me. Quid
enim ſunt verba ni
ſi verba. ¶ Per aerem vo
lant: ſed lapidem non le-
dunt. Si reus es cogita
q̄ te libenter velis emen
dare. Si nihil tibi conſci
us es: penſa q̄ velis libē-
ter pro deo hoc ſuſtinere
¶ Parum ſatis eſt vt vel
verba interdum ſuſtineaſ
qui necdum fortia verbe-
ra tolerare vales. Et qua
re tam parua tibi ad cor
tranſeunt: niſi quia ad-
huc carnalis es: ⁊ homi-
nes magis quam oportet
attendis? Nam quia de-
ſpici metuis: reprehendi
pro exceſſibus non vis: ⁊
excuſationum queris vm
bracula. Sed inſpice te
melius ⁊ agnoſces quia
viuit adhuc in te munduſ
⁊ vanus amor placendi
hominibus. Cum enim
baſſari refugis ⁊ confun-
di pro defectibus: conſtat
vtiq̄ȝ q̄ nec vere humilis

sis nec vere mundo mortuus nec tibi mūdus crucifixus. Sed audi verba mea ꝛ non curabis decem milia hominum verba. Ecce si cuncta contra te dicerētur que fingi maliciosissime possent quid tibi noceret si omnio trāsire permitteres nec plus quam festucam perpenderes? Nunquid vel vnū capillum tibi extrahere possent? Sed qui cor intus non habet nec deum pre oculis faciliter verbo mouetur vituperationis. Qui autem in me confidit nec proprio iudicio stare appetit: absq̧ humano terrore erit. Ego enīz sum iudex ꝛ cognitor omnium secretorūz ego scio qualiter res acta est. ego iniuriantem noui ꝛ sustinentem. A me erit verbū istud me permittentem hoc accidit: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Ego reum ꝛ innocentem iudicabo: sed oculto iudicio vtrunque ante probare volui. Testimonium hominum sepe fallit: meum iudicium verum est stabit ꝛ non subuertitur: latet plerunque ꝛ paucis ad singula patet: nunquam tamen erat nec errare potest: etiam si oculis insipientium non rectum videatur. Ad me ergo recurrendum ē in omni iudicio: nec proprio innitendum arbitrio Iustus enim non conturbabitur quicquid a deo ei acciderit. Etiam si iniuste aliquid contra eum ꝓlatum fuerit non multūz curabit. Sed nec vane exultabit si per alios rationabiliter excusetur. Pensat nanq̧ quia ego sum scrutans corda ꝛ renes qui non iudico ſm faciēz ꝛ humanam apparentiam. Nam sepe in oculis meis reperitur culpabile: quod hominum iudicio creditur laudabile.

Domine deus iudex iuste fortis ꝛ patiēs qui hominum nosti fragilitatēz ꝛ prauitatem esto robur meūz ꝛ tota fiducia mea Non enim mihi suffi cit conscientia mea: tu nosti quod ego non noui. Et ideo in omni reprehēsio-

ne me humiliare debui ⁊ mãsuete sustinere. Igno sce ergo mihi propitius quotiẽs sic non egi: ⁊ do na iterum gratiam am- plioris sufferentie. Meli- or est enim mihi tua copi osa misericordia ad cõse- cutionem indulgentie: ꝙ̃ mea opinata iusticia pro defensione latentis con- scientie. Et si nihil mihi conscius sum: tamen in h̃ me iustificare non possũ q: remota misericordia tua non iustificabitur in conspectu tuo omnis vi- uens.

Quod omnia grauia pro eterna vita sunt tole- randa. Cap. lij.

Fili non frãgãt te te labores quos assũ- psisti ꝓpter me nec tribulationes te deijciãt vsquequaꝗ: sed mea ꝑ- missio in omni euentu te roboret ⁊ ꝯsoletur. Ego sufficiens sum ad redden dũ supra omnem modũ ⁊ mensuram. Non hic diu laborabis nec semꝑ grauaberis doloribus. Expecta paulisper ⁊ vi- debis celerem finem ma lorum. Ueniet vna hora quãdo cessabit omnis la bor ⁊ tumultus. Modi- cũ est ⁊ breue omne qđ trãsit cum tempore. Age ergo vt agis fideliter: la- bora in vinea mea: ego ero merces tua. Scribe: lege: cãta geme: tace ora: sustine viriliter contraria digna est his omnibus ⁊ maioribꝰ prelijs vita eter na. Ueniet pax i die vna que nota est domino. Non enim erit dies vel nox huius scilicet tempo ris: sed lux perpetua clari tas infinita: pax firma ⁊ requies secura. Non di- ces tunc quis me libera- bit de corpore mortis hu ius: nec clamabis heu mi hi q: incolatus meus ꝓ- longatus est: quoniam ꝓ̃ cipitabitur mors ⁊ salus erit indefectiua: anxietas nulla: iocunditas beata: societas dulcis ⁊ decora. O si vidisses sanctorum i celo coronas perpetuas: quanta quoꝗ nunc exul tant gloria qui huic mun do olim contentibiles ⁊ quasi vita ipsi indigni pu tabantur profectio te sta-

tim humiliares vsq3 ad terrã: ꝛ affectares poti⁹ oi b⁹ subesse quã vni pesse: nec hui⁹ vite letos dies ↄcupisceres: ſ3 magis pro deo tribulari gauderes: ꝛ pro nihilo inter homines computari maximum lucrum duceres. O si tibi hec saperent ꝛ profunde cor transirent: quomodo auderes vel semel ↄqueri. Nonne pro vita eterna cuncta laboriosa sunt toleranda. Non est paruũ quid lucrari aut perdere regnu3 dei. Leua igit̃ facie3 tuam in celo. Ecce ego ꝛ omnes sancti mei mecu3 qui in hoc seculo magnum habuere certamen: mõ gaudent: modo ↄsolantur ꝛ modo securi sũt: ꝛ modo requiescunt ꝛ sine fine in regno patris mei pmanebũt mecũ.

De die eternitatis ꝛ hui⁹ vite angustijs. Ca. liij

Superne ciuitatis o mãsio beatissima. O dies eternitatis clarissima quã nox nõ obscurat: ſ3 sũma veritas sp irradiat dies sẽp lecta: sp secura: ꝛ nũq̃ statu3 mutans in ↄtraria. O vtinã dies illa illuxisset ꝛ cũcta hoc tpalia finẽ accepissẽt. Lucet qdam scis ppetua claritate splendida: sed nõ nisi a lõge p speculũ peregrinãtib⁹ in terra. Norũt celi ciues q̃ȝ gaudiosa sit illa: gemũt exules filij eue qua3 amara ꝛ tediosa sit ista. Dies hui⁹ tpis parui ꝛ mali pleni dolorib⁹ ꝛ angustijs vbi hõ: multis pcis inquinat̃ multis passioni⁹ irretit̃. multis timorib⁹ stringit̃. multis curis distendit̃ ꝛ multis curiositatib⁹ distrahit̃ multis vanitatib⁹ iplicat̃: multis errorib⁹ circũfũdit̃: multis laborib⁹ atterit̃: tẽptatõib⁹ grauat̃: delitijs eneruatur: egestate cruciatur. O qñ fini hoꝝ multoꝝ laborũ qñ liberabor a misera ſuitute vitioꝝ. Qñ memorabor dñe tui soli⁹ qñ ad plenũ letabõ i te. Qñ ero sine oi ipedimẽto ꝛ i vera libertate sine oi grauamine mẽtis ꝛ corpis. Qñ erit pax solida pax ipturbabil' ꝛ secura pax itus ꝛ foris: pax ab oi pte firma. Je su bone qñ stabo ad vidẽdũ

te: quando cõtemplabor gloriam regni tui: quando eris mihi omnia in oibus. O quando ero te cũ in regno tuo quod prepa rasti dilectis tuis ab eterno. Relictus sum pauper et exul in terra hostili. vbi bella quotidiana et infortunia maxima. Consolare exilium meum mitiga dolorem meum qr ad te suspirat omne desideriũ meum. Nam onus mihi totum est quicquid mundus hic offert ad solatiuʒ Desidero te iutime frui: sed nequeo apprehendere. Opto inherere celestibus: sʒ deprimunt res tẽporales et immortificate passiones. Mente omnibus rebus superesse volo: carni autem inuite subesse cogor. Sic ego infelix homo mecum pugno et factus sum mihi metipsi grauis dum spiritus sursum et caro querit esse deorsum. O quid intus patior dum mente celestia tracto et mox carnalium turba occurret oranti.

Deus meus ne elongeris a me: neqʒ declines in ira a seruo tuo. Fulgura coruscationem tuam et dissipa eas: emitte sagittas tuas et cõturbentur omnes fantasie inimici. Recollige sensus meos ad te. Fac me obliuisci omnium mũdanorum. Da cito abijcere et contemnere fantasmata vitiorũ. Succurre mihi eterna veritas vt nulla me moueat vanitas. Adueni celestis suauitas et fugiat a facie tua omnis impuritas. Ignosce quoqʒ mihi et misericorditer indulge quotiens preter te aliud in oratione reuoluo. etenim vere qr valde distracte me habere consueui. Nam ibi multotiens non sum vbi corporaliter sto aut sedeo: sed ibi magis sum quo cogitationibus feror. Ibi sum vbi cogitatio mea. Ubi ẽ frequẽnter cogitatio mea: ibi ẽ id qđ amo. Hoc mihi cito occurrit qđ nãlr delectat aut ex vsu plʒ. Unñ tu veritas apire dixisti. Ubi eni ẽ thesaurus tuus: ibi ẽ et cor tuum. Si celum diligo libenter de celestibus penso si mundũ amo fe-

licitatibus mundi congaudeo: et de aduersitatibus eius tristor. Si carnem diligo que carnis sunt sepissime imaginor. Si spiritum amo: de spiritualibus cogitare delector. Quecunque enim diligo de his libenter loquor et audio: atque talium ymagines ad domum mecum reporto. Sed beatus ille homo qui propter te domine omnibus creaturis abeundis licentia tribuit: qui nature vim facit et concupiscentias carnis feruore spiritus crucifigit: vt serenata conscientia puram tibi orationem offerat: dignusque sit angelicis interesse choris omnibus terrenis foris et intus exclusis.

De desiderio eterne vite et quanta sint certantibus bona promissa. Ca. liiij

Fili mi cum tibi desiderium eterne beatitudinis desuper infundi sentis et de tabernaculo corporis exire concupiscis vt claritatem meam sine vicissitudinis vmbra contemplari possis: dilata cor tuum et omni desiderio hanc sanctam inspirationem suscipe. Redde amplissimas superne bonitati gratias que tecum sic dignanter agit clementer visitat: ardenter excitat potenter subleuat ne proprio pondere ad terrena labaris. Neque enim hoc cogitatu tuo aut conatu accipis: sed sola dignatione superne gratie et diuini respectus: quatenus in virtutibus et maiori humilitate proficias si ad futura certamina te prepares mihique toto cordis affectu adherere ac feruenti voluntate studeas deseruire. Fili sepe ignis ardet: sed sine fumo flamma non ascendit. Sic in aliquorum desideria ad celestia flagrant a temptatione carnalis effectus liberi non sunt. Iccirco nec omnino pure pro honore dei agunt quod tam desideranter ab eo petunt. Tale est et sepe tuum desiderium: quod insinuasti fore eam importunum. Non enim est hoc purum et perfectum quod propria commoditate est infectum. Pete non quod tibi est delectabi-

le ꝛ commodum: sed qḋ mihi acceptabile est atq̧ honorificū q̄ꝛ si recte iudicas meam ordinationem tuo desiderio ꝛ omni desiderato preferre debes ac sequi. Noui desideriū tuum ꝛ frequentes gemitus audiui. Jam velles esse in libertate glorie filioruꝫ dei iā te delectat domꝰ eterna ꝛ celestis patria gaudio plena: sꝫ non duꝫ venit hora ista sꝫ adhuc aliud tēpꝰ belli: uidelicet tēpꝰ laboris: ꝓbationis. Optas summo repleri bono: sꝫ non potes hoc assequi modo. Ego sum expecta me dicit dominus donec veniat regnuꝫ dei. Probandus es adhuc in terris ꝛ in multis exercitandus. Consolatio tibi interdum dabitur sed copiosa sacietas non conceditur. Cōfortare igitur ꝛ esto robustus tam in agendo q̄ꝫ in patiendo nature cōtraria. Oportet te nouum induere hominem ꝛ in alterum virum mutari. Oportet te sepe agere quod nō vis ꝛ q̄ꝛ vis oportet te relinquere. Quod alijs placet processuꝫ habebit qḋ tibi placet vltra non proficiet. Quod alij dicunt audietur: quod tu dicis ꝓ nihilo computabitur. Petent alij ꝛ accipient: tu petes nec impetrabis. Erunt alij magni in ore hominum: de te autem tacebitur. Alijs hoc vel illud committetur tu autē ad nihil vtile iudicaberis. Nam propter hoc natura aliquando contristabitur: ꝛ magnum si silens portaueris. Jn his ꝛ similibus multis probari solet fidelis domini seruꝰ qualiter se abnegare ꝛ in omnibus frangere quiuerit. Uix ē aliquid tale in quo tantūdem mori indiges sicut non videri: ꝛ pati q̄ voluntati tue aduersa sūt maxime autem cum disconuenientia ꝛ que minꝰ vtilia tibi apparēt fieri iubentur. Et q̄ꝛ non audes resistere altiori potestati sub domino constitutus: ideo durum tibi videtur adnutum alterius ambulare ꝛ omne propriuꝫ sentire omittere. Sed pensa fili horum fructum labo-

rum:celerem finem atq; premium nimis magnu; non habebis inde grauamen sed fortissimu; patientie tue solamen. Nam pro modica hac voluntate quam nunc sponte deseris habebis semper voluntatem tuam in celis Ibi quippe inuenies omne quod volueris: omne quod desiderare potes. Ibi aderit tibi totus facultas boni sine timore amittendi. Ibi voluntas tua vna semper mecu; nil cupiet extraneum vel priuatum. Ibi nullus resistet tibi nemo de te conqueretur nemo impediet. nil obuiabit: sed cuncta desiderata simul erũt presentia: totũq; affectum tuum reficient et adimplebunt vsq; ad summum. Ibi reddam gloriam pro contumelia ppessa pallium laudis pro merore pro loco nouissimo sedem regni in secula. Ibi apparebit fructus obedientie: gaudebit labor penitentie et humilis subiectio coronabitur gloriose. Nunc ergo te inclina humiliter sub omni um manibus: nec sit cure quis hoc dixerit vel iusserit: sed hoc magno opere curato vt siue prelatus siue minor aut equalis aliquid a te exposcerit vel inuenerit: pro bono totum accipias et sincera voluntate studeas adimplere. Querat alius hoc: alius illud: glorietur ille in illo: et iste in isto: laudeturq; milies mille: tu autem nec in isto nec in illo sed tuiipsius gaude contemptu: et in mei solius beneplacito ac honore: hoc optandum ẽ tibi: vt siue per vitam siue per morte;: deus semper in te glorificetur.

Qualiter homo desolatus debeat in manus dei se offerre. Cap. lv.

Domine deus sancte pater sis nunc et ineternum benedictus: q2 sicut vis factum ẽ et quod facis bonum est. Letetur in te seruus tuus: nõ i se nec in aliquo alio: q2 tu solus leticia vera. tu spes mea et corona mea tu gaudium meum et honor meus domine. Quid habet seruus tuus nisi qđ

a te accepit etiã sine merito suo? tua sunt omnia que dedisti ⁊ que fecisti. ¶Pauper sum ⁊ in laboribus meis a iuuentute mea: ⁊ ↄtristat anima mea nõ nunquã vsque ad lachrymas quandoque etiam cõturbatur ad se propter imminentes passiones. Desidero: pacis gaudium pacem filiorum tuorum flagito qui in lumine consolationis a te pascuntur. Si das pacem: si gaudiũ sanctum infundis erit anima serui tui plena modulatione ⁊ deuota in laude tua. Sed si te subtraxeris sicut sepissime soles non poterit currere viam mãdatorum tuorum: sed magis ad tũdendum pectus genua incuruantur: quia non est illi sicut heri ⁊ nudiustertius quã splendebat lucerna tua super caput eius ⁊ sub vmbra alarũ tuarum protegebatur a temptationibus irruentibus. ¶Pater iuste ⁊ semper laudãde venit hora vt probetur seruus tuus. ¶Pater amãde dignũ est vt hora hac patiatur pro te aliquid

seruus tuus. ¶Pater perpetue venerãde venit hora quam ab eterno presciebas affuturam: vt ad modicum tẽpus succumbat foris seruus tuus: viuat vero semper apud te intus: paululum vilipendatur: humilietur ⁊ deficiat corãm hominibus: passionibus conteratur ⁊ languoribus: vt iterum tecum in aurora noue lucis resurgat ⁊ in celestibus clarificetur. ¶Pater sancte tu sic ordinasti ⁊ sic voluisti ⁊ hoc factum est quod ipse precipisti. Hec est enim gratia ad amicum tuum pati ⁊ tribulari in mundo pro amore tuo quotienscunque: a quocunque: ⁊ quomodocunque id permiseris fieri. Sine consilio ⁊ prouidentia tua ⁊ sine cã nihil fit in terra. Bonum mihi domine quod humiliasti me vt discam iustificationes tuas. ⁊ omnes elationes cordis atque presũptionis abiiciam. Utile mihi quod confusio cooperuit faciem meam vt te potius quam homines ad consolandum requi-

ram. Dici etiam ex hoc i
scrutabile iudicium tuum
expauescere qui affligis
iustum cum impio: sed nõ
sine equitate ⁊ iusticia.
Gratias tibi q: non pep
cisti malis meis: sed attri
uisti me verberibus amo
ris infligens dolores: ⁊ i-
mitens angustias foris ⁊
intus. Nõ est qui me cõ-
soletur ex omnibus que
sub celo sunt nisi tu, do-
mine deus meus: celestis
medicus animarum: qui
percutis ⁊ sanas deducis
ad inferos ⁊ reducis disci
plina tua super me: ⁊ vir
ga tua ipsa me docebit.
Ecce pater dilecte i ma-
nibus tuis ego sum: sub
virga correctionis tue me
inclino: percute dorsum
meum ⁊ collum meum vt
incurruem ad volunta-
tem tuam tortuositatem
meam. Fac me pium ⁊
humilem discipulum: si-
cut bene facere consueui
sti vt ambulem ad omnẽ
nutum tuum. Tibi me ⁊
omnia mea ad corrigen-
dum commendo: melius
est hic corripi quam in fu
turo. Tu scis omnia ⁊ sin
gula ⁊ nil te latet in hu-
mana conscientia. Ante-
quam fiant nosti ventu-
ra: ⁊ non opus est tibi vt
qs te doceat aut admo-
neat de his que gerunt i
terra. Tu scis qd expedit
ad ꝓfectũ meũ: ⁊ quãtũ
deseruit tribulatio ad ru
biginem vitiorum pur-
gandam. Fac mecum de
sideratum beneplacitum
tuum ⁊ ne despicias pec-
caminosam vitam me-
am: nulli meliꝰ nec clarꝰ
quã tibi soli notã. Da mi
hi dñe scire qd sciedũ est
ħ amare qd amãdũ ẽ: ħ
laudare qd tibi sũme plꝫ
ħ reputar qd tibi pciosũ
appet: ħ vitupare qd ocu
lis tuis sordescit. Nõ me
sinas ꝯm visionem oculo
rum exteriorum iudica-
re: neque secundum au-
ditum aurium hominum
imperitorum sententiare
sed in iudicio vero de vi-
sibilibus ⁊ spiritualibus
discernere: atq3 super o-
mnia voluntatem bene-
placiti tui semper inqui-
rere. Fallũtur sepe hoium
sensus in iudicãdo fallũ-
tur ⁊ amatores seculi vi-

sibilia tantummodo amã do. Quid est homo inde melior q reputat ab homine maior? fallax fallacem: vanus vanum cecus cecum: infirmus infirmuz decipit dum exaltat: et veraciter magis confundit: duz inaniter laudat. Nã quantum vnusquisqz est in oculis tuis: tantum est et non amplius: ait humilis sanctus franciscus.

Quod humilibus insistendũ est opibus cũ deficit a summis. Cap. lvj.

Si non vales semp in feruẽtiori deside rio virtutum stare: nec in altiori gradu contemplationis: sed necesse habes interdum ob originalem corruptellam ad inferiora descẽdere et onꝰ corruptibilis vite etiam in uite et cum tedio portare. Quãdiu mortale corpus geris: tediuz senties et grauamẽ cordis. Oportet ergo sepe in carne de carnis onere gemere eo q non vales spiritualibus studijs et diuine contemplationi indesinenter inherere. Tunc expedit tibi ad humilia et exteriora opa confugere et in bonis te actibus recreare: aduentum meum et supernam visitationem firma confidentia expectare: exilium tuum et ariditatem mentis patienter sufferre: donec iterum a me visiteris et ab omnibus anxietatibus libereris. Nam faciam te laboruz obliuisci et interna quiete perfrui. Expandam corã te prata scripturarum vt dilatato corde currere incipias viam mandatoruz meorum et dices. Nõ sũt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis.

Quod homo nõ reputet se consolatione dignũ sed magis verberibus reum. Cap. lvij.

Domine non suz dignus consolatione tua nec aliqua spirituali visitatione: et ideo iuste mecum agis quando me inopem et desolatum relinquis. Si enim ad instar maris lachrymas fũdere possem: adhuc consolatione tua dignus non

esses. Unde nihil dignus sum quoque flagellari et punire quia grauiter et sepe te offendi et in multis valde deliqui. Ergo vera pensata ratione nec minima sum dignus consolatione sed tu clemens et misericors qui non vis perire opera tua: ad ostendendum diuitias bonitatis tue in vasa misericordie tue: etiam preter omne proprium meritum dignaris consolari seruum tuum supra humanum modum. Tue enim consolationes non sunt sicut humane consolationes Quid egi domine vt mihi conferes aliquem celestem consolationem. Ego nihil boni me egisse recolo: sed semper ad vitia pronum: et ad emendationem pigrum fuisse. Uerum est et negare non possum. Si aliter dicerem: tu stares contra me et non esset qui defenderet. Quid merui pro peccatis meis nisi infernum et ignem eternum. In veritate confiteor: quoniam dignus sum omni ludibrio et contemptu nec decet me inter deuotos tuos commorari. Et licet hoc egere audiam tamen aduersum me pro veritate peccata mea arguam vt facilius misericordiam tuam merear impetrare. Quid dicam reus et omni confusione plenus? Non habeo os loquendi nisi hoc tantum verbum: peccaui domine peccaui: miserere mei ignosce mihi. Sine me paululum vt plangam dolorem meum antequam vadam ad terram tenebrosam et operatam mortis caligine. Et quid tam maxime a reo et misero peccatore requiris nisi vt conteratur et humiliet se pro delictis suis? In vera contritione nascitur spes venie: reconciliatur perturbata conscientia: reparatur gratia perdita: tuetur homo a futura ira: et occurrunt sibi mutuo in osculo sancto deus et penitens anima. Humilis peccatorum contritio acceptabile tibi est domine sacrificium: longe suauius odorans in conspectu tuo quam thuris incensum. Hoc est gratum etiam vngen

61

tam quod sacris pedibus
tuis infundi voluisti: quia
cor contritum ⁊ humilia-
tum nūq̄ despexisti. Ibi
ē locus refugij a facie ire
inimici: ibi emendatur ⁊
abluitur quicquid aliūde
contractum est ⁊ inqui-
natum.

De gratia que non mi
scetur terrena sapienti-
bus. Cap. lviij.

(f) Ili preciosa est gra
tia mea: non patit
se misceri extraneis
rebus nec consolationi-
bus terrenis. Abijcere er
go oportet omnia impe-
dimenta gratie: si optas
eius infusionem suscipe-
re. Pete secretum tibi:
ama solus habitare tecū
nullius require confabu-
lationē sed magis ad de
um deuotam effunde p̄-
cem vt compūctam tene
as mentem ⁊ puram cō-
scientiam. Totum mun-
dum nihil estima: dei va
catōem oibꝰ exterioribus
an̄pone. Non. n. poteris
mihi vacare ⁊ in trāsito-
rijs pariter delectari. A no
tis ⁊ a charis amicis opꝫ
elōgari: ⁊ ab oi tpali so-

latio mentem tenere pri-
uatam. Sic obsecrat be
atus apostolus Petrus:
vt tanq̄ aduenas ⁊ pere-
grinos in hoc mundo se
contineant Christi fideles
O quāta fiducia erit mo
rituro quem nullius rei
effectus detinet in mun-
do. Sed sic segregatum
cor habere ab oibꝰ: eger
necdū capit animus: nec
aialis hō nouit iterni ho
minis libertatem. Attam
si vere velit esse spiritua-
lis oportet eum renuncia
re tam remotis q̄ ppin-
quis: ⁊ a nemine magis
cauere q̄ a seipso. Si te-
metipsum perfecte vice-
ris: cetera facilius subiu-
gabis. Perfecta nanq̄
victoria est de semetipso
triumphare. Qui enim se
metipsum subiectum te-
net: vt sensualitas rationi
⁊ ratio incunctis obediat
mihi hic vere victor est
sui ⁊ dn̄s mundi. Si ad
hūc apicē scādere gliscis:
oꝫ viriliter incipere ⁊ se-
curim ad radicē ponere vt
euellas ⁊ destruas occultā
⁊ inordinatā inclinatōeꝫ
ad teipsum ⁊ ad omne p̄-

natuꝫ ⁊ materiale bonū. Ex hoc vitio q̄ homo se metipsuꝫ nimis inordinate diligit: pene totum pēdet quicquid radicaliter vincendum est. Quo deuicto ⁊ subacto malo: pax magna ⁊ tranqllitas erit continuo. Sed q: pauci sibiipsis perfecte mori laborant nec plene extra se tendunt: propterea in se implicati remanent nec supra se i spiritu eleuari possunt. Qui autē libere mecum ambulare desiderat necesse est vt omnes prauas ⁊ inordinatas affectiones suas mortificet: atq̄ꝫ nulli creature priuato amore concupiscenter inhereat.

De diuersis motib⁹ nature ⁊ gratie. Cap. lix.

Fili diligenter aduerte motus nature ⁊ gratie q: valde contrarie ⁊ subtiliter mouetur ⁊ vix nisi a spirituali ⁊ intimo illuminato hoie discernuntur. Oēs quidem bonum appetūt ⁊ aliquid boni in suis dictis vel factis pretendunt ideo sub specie boni multi falluntur. Natura callida est ⁊ multos trahit: illaqueat ⁊ decipit: ⁊ se sēper pro fine habet. Sed gratia simpliciter ambulat: ab omni specie mala declinat fallacias non p̄tendit: ⁊ oīa pure ꝓpter deum agit: in quo ⁊ finaliter requiescit. Nāa̅ suite vult mori: nec p̄mi: nec superari: nec subesse: nec spōte subiugari. Gratia vero studet mortificationi proprie: resistit sensualitati querit subiici: appetit vinci: nec propria vult libertate fungi sub disciplina amat teneri nec alicui cupit dominari: sed sub deo semp viuere stare ⁊ esse: atq̄ꝫ propter deum omni humane creature humiliter parata est incliari. Natura pro suo commodo laborat: ⁊ qd lucri ex alio sibi proueniat attendit. Gratia autem non quid sibi vtile ⁊ commodosum fit: sed quod multis proficiat magis cōsiderat. Natura libenter honorem ⁊ reuerentiam accipit. Gratia vero omnē bo-

norem ⁊ gloriam deo fi-
deliter attribuit. Natura
confusione timet ⁊ contē
ptum. Gratia autez gau-
det pro nomine Jesu con
tumeliam pati. Natura
ocium amat ⁊ quietem cor
poralem. Gratia autē va
cua esse non potest sed li-
benter amplectitur labo-
rem. Natura querit curi
osa habere ⁊ pulcra ⁊ ab
horret vilia ⁊ grossa. Gra
tia vero simplicibus dele
ctatur ⁊ humilibus aspe-
ra non aspernatur: nec ve
tustis refugit indui pānis
Natura respicit tempora
lia: gaudet ad lucra terre
na: tristatur de damno: ir
ritatur leui iniurie verbo.
Sed gratia attendit eter
na: non inheret tempora-
libus: nec in perditione re-
rum turbatur: neqz ver-
bis durioribus acerbatur:
qz thesaurum suuz ⁊ gau
dium in celo vbi nil perit
constituit. Natura cupi-
da est ⁊ libentius accipit
quam donat: amat pro-
pria ⁊ priuata. Gratia au
tem pia est ⁊ communis:
vitat singularia: contenta
tur paucis: beati⁹ iudicat
dare quam accipere. Na
tura inclinat ad creaturas
ad carnem propriam: ad
vanitatem ⁊ discursus.
Sed gratia trahit ad de-
um ⁊ ad virtutes: renun-
ciat creaturis: fugit mun-
dum: odit carnis deside-
ria: restringit euagationes
erubescit in publico appa
rere. Natura libenter ali
quod solatium habet ex-
ternum in quo delectetur
ad sensum. Sed gratia
in solo deo querit consu-
lari ⁊ in summo bono su
per omnia visibilia dele-
ctari. Natura totum agit
propter lucruz ⁊ commo
dum proprium nihil gra-
tis facere potest: sed aut
equale aut meli⁹ aut lau-
dem vel fauorem pro be-
nefactis consequi sperat
⁊ multum ponderari sua
gesta ⁊ dona concupiscit.
Gratia vero nil tem-
porale querit nec aliud
premium quam deum so
lum pro mercede postu-
lat nec amplius de te
temporalibus necessarijs
desiderat nisi quantum
hec sibi ad assecutionez
eternorum valeāt deser-

uire. Natura gaudet de amicis multis ⁊ propinqs gloriatur de nobili loco ⁊ ortu generis: arridet potē tibus: blanditur diuitibus applaudet sibi similibus. Gratia autem ⁊ inimicos diligit: nec de amicorum turba extollitur: nec locuȝ nec ortum natalium repu tat nisi virtus maior ibi fu erit fauet magis pauperi q̄ꝫ diuiti compatitur plus innocenti q̄ꝫ potenti: congaudet veraci non fallaci exortatur semper bonos meliora carismata emula ri ⁊ filio dei per virtutes assimilari. Natura de de fectu ⁊ molestia cito con queritur. Gratia constan ter fert inopiam. Natura omnia ad se reflectit: pro se certat ⁊ arguit. Gratia autem ad deum cuncta reducit: vnde originaliter emanat nihil bōi sibi ascri bit nec arragantet presumit: non contendit nec su am sententiam alijs prefert: sed in omni sensu ⁊ i tellectu eterne sapientie ac diuino examine se sub mittit. Natura appetit sci re: ⁊ noua secreta audire: vult exterius apparere: ⁊ multa per sensus experiri desiderat agnosci: ⁊ agere: vnde laus ⁊ admiratio procedit. Sed gratia non curat noua nec curiosa pcipere: q: totuȝ hoc de ve tustate corruptionis est or tum: cum nihil nouum ⁊ durabile sit super terram Docet itaqꝫ sensus restri gere: vanam complacentiam ⁊ ostentationem de uitare: laudanda ⁊ digne miranda humiliter abscō dere: ⁊ de omni re ⁊ de omni scientia vtilitatis fru ctum atqꝫ dei laudem ⁊ honorem querere. Non vult se nec sua predicari sȝ deum in donis suis optat benedici qui cūcta ex me ra charitate largit̄. Hec gratia super naturale lumen ⁊ quoddam dei spē ciale donum est ⁊ proprie electorum signaculum ⁊ pignus salutis eterne: que hominem de terrenis ad celestia amanda sustulit: ⁊ de carnali spiritualē efficit. Quanto igitur natu ra amplius premittitur ⁊ vincitur: tanto maior gra tia īfūdit̄: ⁊ quotidie no-

63

uis visitationibus interior homo secundum imaginem dei reformatur.

De corruptione nature et efficacia gratie diuine. Cap. lx.

Domine deus meus qui me creasti ad imaginem et similitudinem tuam: concede mihi hanc gratiam quam ostendisti mihi tam magnam et necessariam ad salutem vt vincam pessimam naturam meam trahentem ad peccata et in perditionem. Sentio enim in carne mea legem peccati contradicentem legi mentis mee et captiuum me ducentem ad obediendum sensualitati in multis: nec possum resistere passionibus eius nisi assistat tua sanctissima gratia cordi meo ardenter infusa. Opus est gratia tua et magna gratia vt vincatur natura ad malum semper prona ab adolescentia sua. Nam per primum hominem Adam lapsa et vitiata per peccatum: in omnes homines pena huius macule descendit vt ipsa natura que bona et recta a te condita fuit: pro vitio iam et infirmitate corrupte nature ponatur eo quod motus eius sibi relictus ad malum et inferiora trahat. Nam modica vis que remansit est tanquam scintilla quedam latens in cinere. Hec est ipsa ratio naturalis circunfusa magna caligine ad hoc iudicium habens boni et mali: veri falsique distantiam: licet impotens sit adimplere omne quod approbat: nec pleno iam lumine veritatis nec sanitate affectionum suarum potiatur. Hinc est deus meus quod condelector legi tue secundum interiorem hominem: sciens mandatum tuum fore bonum: iustum et sanctum: arguens etiam omne malum et peccatum fugiendum carne autem seruio legi peccati dum magis sensualitati obedio quam rationi. Hic est quod velle bonum mihi adiacet: perficere autem non inuenio. Hinc sepe multa bona propono: sed quia gratia deest ad adiu-

nandum infirmitatẽ me
am ex leui reſiſtentia re-
ſilio ⁊ deficio. Hinc acci
dit q́ viam perfectionis
agnoſco: ⁊ qualiter age-
re debeam clare ſatis vi-
deo: ſed proprie corrupti-
onis pondere preſſus ad
perfectiora non aſſurgo
O q̃ maxime ẽ mihi ne-
ceſſaria domine gratia
tua ad inchoandum bo-
num ad proficiendum. ⁊
ad pficiẽdũ. Nã ſine ea
nihil poſſũ facere oĩa ãt
ĩ te ꝯfortante me gratia.
O vere celeſtis gratia ſi-
ne qua nulla ſunt propria
merita nulla quoq́ do-
na nature ponderanda.
Nihil artes: nihil diuitie
nihil pulchritudo vel for
titudo nihil ingeniuꝫ vel
eloquentia valent apud
te domine ſine gratia.
Nam dona nature bo-
nis ⁊ malis ſunt commu
nia: electorum autem ꝓ-
prium donum eſt gratia
ſiue dilectio qua inſigni-
ti digni habent vita eter
na. Tantum eminet hec
gratia vt nec donum ꝓ-
p hetie nec ſignorum ope
ratio: nec quantalibet al-
ta ſpeculatio aliquid eſti
metur ſine ea. Sed neq́
fides neq́ ſpes: neq́ alie
virtutes tibi accepte ſunt
ſine charitate ⁊ gratia.
O beatiſſima gratia que
pauperem ſpiritu virtuti-
bus diuitem facis: ⁊ diui
tem multis bonis humi-
lem corde reddis: veni d-
ſcende ad me reple me
mane conſolatione tua:
ne deficiat pre laſſitudi-
ne ⁊ ariditate mentis ani
ma mea. Obſecro domi
ne vt inueniam gratiam
in oculis tuis. ſufficit. n.
mihi gr̃a tua: ceteris non
obtentis q̃ deſiderat na-
tura. Si fuero tẽptatuſ ⁊
vexatus tribulationibus
multis non timebo ma-
la dum mecuꝫ fuerit gra
tia tua. Ipſa fortitudo
mea: ipſa conſiliũ ꝯfert ⁊
auxilium. Cunctis hoſti-
bus potentior eſt ⁊ ſapiẽ
tior vniuerſis ſapiẽtibus.
Magiſtra ẽ veritatis: do
ctrix diſcipline: lumẽ cor-
dis: ſolamen pſſure: fuga
trix triſticie: ablatrix timo
ris: nutrix deuotõis: pro-
ductrix lachrymarum.
Quid ſuꝫ ſine ea niſi ari-

dum lignum ⁊ stirps inutilis ad eijciendum? Tua q̄s me domine gratia semp preueniat ⁊ sequatur: ac bonis operibus iugiter p̄stet esse intentum: per Jesum Christum filium tuum: Amen.

Quod nosipsos abnegare ⁊ Christū imitari debemus p crucē. Cap. lxi.

Fili quantum a te vales exire: tantum in me poteris transire. Sicut nihil foris cōcupiscere internam pacē facit: sic se iterius relinq̄re deo cōiungit. Uolo te addiscere perfectam abnegationem tui in voluntate mea sine contraditione ⁊ querela. Sequere me: ego sum via veritas ⁊ vita. Sine via non itur: sine veritate non cognoscitur: sine vita non viuitur. Ego sum via quam seq debes veritas cui credere debes: vita quā sperare debes. Ego sum via inuiolabilis: veritas infallibilis: vita interminabilis Ego sum via rectissima veritas suprema: vita vera: vita beata: vita increata. Si manseris in vita mea: cognosces veritatē: ⁊ veritas liberabit te ⁊ apprehendes vitam eternā Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Si vis veritatē cognoscere: crede mihi. Si vis perfectus esse: vende omnia. Si vis esse discipulus meus: abnega temetipsum. Si vis beatā vitā possidere: p̄sentem vitam contemne. Si vis exaltari in celo: humilia te in mundo. Si vis regnare mecum: porta crucem mecum. Soli enim serui crucis inueniunt viam beatitudinis ⁊ vere lucis. Domine Jesu Christe q: arta est via tua ⁊ mūdo despecta: dona mihi tecū mundi despectū imitari. Non enim maior est seru⁹ domino suo nec discipulus super magistꝝ Exerceatur seruus tuus i vita tua q: ibi ē sal⁹ mea ⁊ sanctitas vera. Quicq̄d extra eam lego vel audio non me recreat nec delectat plene. Fili q: hec scis ⁊ legisti omnia ⁊ beatus eris si feceris ea. Qui habet mandata mea ⁊ ser-

uat ea: ipse est qui diligit me et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum et fatiam eum consedere mecum in regno patris mei. Domine igitur sicut dixisti et pmisisti: sic vtiqz mihi pro mereri cōtingat Suscepi de manu tua crucem: portabo eam vsque ad mortem sicut inposuisti mihi. Uere vita boni monachi crux ē sed dux paradisi. Inceptū est retro abire non lz nec relinquere oportet. Eia fratres pgamus simł Jesus erit nobiscum propter Jesum suscepimus hanc crucem: propter Jesum pseuerem⁹ in cruce. Erit adiutor noster qui ē dux noster et pcessor. En rex noster ingreditur ante nos: qui pugnabit p nobis. Sequamur viriliter: nemo metuat terrores. Simus parati mori fortiter in bello: nec iferamus crimen glorie nostre vt fugiamus a cruce.

Qđ hō nō sit nimis delectus quādo in aliquos labitur defectus. Cap. lxij

f Ili magis placent mihi patiētia et humilitas in aduersis qꝫ multa consolatio et deuotio i prosperis. Ut qđ te contristat paruum factum contra te dictum. Si amplius fuisset commoueri non debuisses: sz nunc dimitte transire: nō est primum nec nouum: nec vltimuz erit si diu vixeris. Satis virilis es: qꝫ diu nil obuiat aduersi: bene etiam consulis: et alios nosti roborare verbis: sed cum ad ianuam tuam venit repentina tribulatio: deficis consilio et robore. Attende magnam fragilitatem tuam qꝫ sepius experiris in modicis obiectis: tamē pro salute tua ista fiunt cum hec et similia cōtingunt. Pone vt melius nosti ex corde: et si te tetigit non tamen deijciat nec diu implicet. Ad minus sustine patienter: si non potes gaudenter. Etiam si minus libenter audis et indignationē sentis. Reprime te nec patiaris aliquid inordinatum ex ore tuo exire vnde par

muli scandalizentur. Cito conquiescet cōmotio exci tata ⁊ dolor internus reuertēte gratia dulcorabitur. Adhuc viuo ego dicit dn̄s: iuuare te paratus ⁊ solito amplius ɔsolari si ɔfisus fueris mihi ⁊ deuote iuocaueris. Animequior esto ⁊ ad maiorē sustinētiam accingere. Non est totum frustratum si te sepius percipis tribulatum vel grauiter tēptatum. Homo es ⁊ nō deus: caro es ⁊ non angelus. Quomodo tu posses sēper in eodem statu virtutis permanere: quando hoc defuit angelo in celo ⁊ primo homini in paradiso: qui nō diu steterunt. Ego sum qui merētes erigo sospitate: ⁊ suā cognoscētes infirmitatem ad meam prouehō diuinitatem. Domine bendictum sit verbum tuum: dulce super mel ⁊ fauum ori meo. Quid facerem in tantis tribulationibus ⁊ angustijs meis nisi me cōfortares tuis sanctis sermonibus? Dummodo tandem ad portum salutis perueniam: quid cure est que ⁊ quāta passus fuero? Da finem bonum da felicem ex mundo transitum. Memento mei deus meus: ⁊ dirige me recto itinere in regnum tuum. Amen.

De altioribus rebus ⁊ occultis iudicijs dei non scrutandis. Cap. lxiij.

Fili caueas disputare d̄ altis materijs ⁊ de occultis dei iudicijs. Cur sic iste relinquitur: ⁊ ille ad tantam gratiam assumitur: cur etiam iste tantum affligitur ⁊ ille tam exime exaltatur. Ista omnem humanam facultatem excedunt: nec ad inuestigandum iudicium diuinum vlla ratio preualet vel disputatio. Quando ergo hic tibi suggerit inimicus vel etiam quidam curiosi inquirūt homines responde illud prophete. Justus es domine ⁊ rectum iudicium tuum. Et illud. Judicia domini vera iustificata in semetipsa. Judicia mea metuenda sunt non discuti-

enda: q2 humano intellectui sunt incōprehēsibilia Noli etiam inquirere vel disputare demeritis sanctoꝝ qs alio sanctior aut qs maior fuerit in regno celorum. Talia gerāt sepelites ꝛ cōtentiões inutiles nutriūt quoqꝫ supbiā ꝛ vanā gloriā vnde oriuntur inuidie ꝛ dissensiones dum iste illū sanctū ꝛ alius aliū conatur supbe ꝑferre. Talia autem velle scire ꝛ inuestigare nullum fructum afferunt: sed magis sanctis displicēt q2 nō sum deus dissensionis sꝫ pacis que pax magis in humilitate vera q̄ȝ in propria exaltatione consistit. Quidā celo dilectōis trahuntur ad hos vel ad illos ampliori affectu: sꝫ humano potius q̄ȝ diuino. Ego sum q cunctos condidi sanctos ego donaui gratiam ego ꝑstiti gloriam ego noui singulorum merita: ego ꝑueni eos in benedictionibus dulcedinis mee: ego presciui dilectos ante secula: ego eos elegi de mundo non ipsi me preelegerunt: ego vocaui per gratiam: attraxi p misericordiam: ego pduxi eos p temptationes varias: ego ifudi ꝯsolationes magnificas: ego dedi pseuerātiā: ego coronaui eoꝝ patiētiā: ego ꝑmū ꝛ nouissimū agnosco: ego oēs iestiabili dilectōe amplector: ego laudādus sū i oībus sanctis meis ego sup oia benedicēdus sum ꝛ honorandus i singulis quos sic gloriose magnificaui ꝛ ꝑdestinaui sine vllis ꝑcedētib⁹ ꝓprijs meritis. Qui ergo vnū d mi nimis meis ꝯtēpserit: nec magnū honorat: q2 pusillū ꝛ magnū ego feci. Et q derogat alicui scōꝝ derogat mihi ꝛ ceteris oīb⁹ i regno celoꝝ. Oēs vnum sūt p charitatis viculū idē sentiūt: idē volūt: ꝛ oēs i vnū se diligūt. Adhuc āt qd multo alti⁹ ē plus me q̄ȝ se ꝛ sua merita diligūt Nā supra se rapti ꝛ ex̄ ꝓpaꝫ dlectōeꝫ tracti toti in amorē mei pgūt i quo ꝛ fruitiue qescūt. Nihil est qd eos auertē possit aut depmere qppe q eterna veritate pleni igne arde-

66

scũt iextiguibil' charitatis Taceant igitur carnales ⁊ animales homines de sanctorum statu dissere-re: qui non norunt nisi ꝓ nata gaudia diligere. De munt ⁊ addunt pro sua i clinatione: non prout pla cet eterne veritati. In multis est ignorantia eo-rum maxime qui parum illuminati raro aliquem perfecta dilectione spiri-tuali diligere norunt.

Multi adhuc naturali af fectu ⁊ humana amicitia ad hos vel ad illos trahũ tur: ⁊ sicut in inferioribus se habent ita ⁊ de celesti bus imaginantur. Sed ē distantia in comparabilis que in perfecti cogitant ⁊ que illuminati viri per reuelationem supernam speculantur. Caue ergo fi li de istis curiose tractare que tuam scientiam exce dunt: sed hoc magis sata ge ⁊ intende vt vel mini-mus in regno dei queas inueniri. Et si quispiam sciret quis alio sanctior es set vel maior haberetur in regno celorum quid ei hec noticia prodesset nisi se ex hac cognitione co-ram me humiliaret ⁊ in maiorē nominis mei lau dem exurgeret. Multo acceptius deo facit: qui d peccatorum suorum ma-gnitudine ⁊ virtutuȝ sua rum paruitate cogitat ⁊ q̄ longe a sanctoruȝ per-fectōe distat: q̄ is qui de eoruȝ maioritate vel par uitate disputat. Melius est sanctos deuotis preci bus ⁊ lachrymis exorare ⁊ eorum gloriosa suffra-gia humili mente implo rare q̄ eorum secreta va na inquisitione perscruta ri. Illi bene ⁊ optime cō-tentantur: si homines sci rent contentari ⁊ vanilo-quia sua compescere.

Non gloriantur de pro-prijs meritis: quippe qui sibi nil bonitatis ascribũt sed totum mihi quoniaȝ ipsis cũcta ex infinita cha ritate mea donaui. Tan to amore diuitatis ⁊ gau dio super effluenti replē-tur: vt nihil eis desit glo-rie nihilq; possit desse fe licitatis. Oes sancti quā-to altiores in gloria tanto humiliores i seipsis ⁊ mi-

hi viciniores et dilectiores existunt. Ideoqz habes scriptuz: qr mittebant coronas suas ante deum et ceciderunt in facies suas coram agno et adorauerunt viuentem in secula seculorum. Multi quidē querūt quis maior sit regno dei qui ignorant an cum minimis erunt digni computari. Magnū est vel minimum esse in celo vbi oēs magni sunt: qr omnes filii dei vocabūtur et erunt. Minimus erit i mille et peccator cētum annorum morietur. Cum enim quererent discipuli quis maior essent in regno celoruz: tale audierunt responsum. Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. Quicunqz ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est i regno celorum. Ueis q cum paruulis humiliare se sponte dedignant quoniam humilis ianua regni celestis eos non admittet intrare. Ue etiam diuitibus qui habent hic consolationes suas quia pauperibus intrantibus i regnum dei ipsi stabunt foras euilantes. Gaudete humiles et exultate pauperes: qr vestrum est regnum dei: si tamen in veritate ambulatis.

Quod omnis spes et fiducia in solo deo est figenda. Cap. lxiiij.

Domine que est fiducia mea q̄ i hac vita habeo aut qd̄ maius solatium meuz ex omnibus apparentibus sub celo? Nonne tu domine deus meus cui⁹ misericordie non est numerus. Ubi mihi bene fuit sine te: aut quando male est potuit p̄sente te? Malo pauper esse propter te q̄ diues sine te. Eligo potius te cum in terra peregrinari q̄ sine te celum possidere. Ubi tu ibi celum atqz ibi mors et infernus vbi tu nō es. Tu mihi in desiderio es: et ideo post te gemere et clamare et exorare necesse est. In nullo deniqz possum plene confidere qui in necessitatib⁹ auxilieẗ opor-

tunis nisi in te solo deo meo. Tu es spes mea fiducia mea tu consolator meus et fidelissimus in omnibus. Omnes que sua sunt querunt tu salutem meam et profectum meum solummodo pretendis et omnia in bonū mihi conuertis: etiam variis tēptatōibus et aduersitatibus exponas. Hoc totuz ad vtilitatem meam ordinas: q mille modis dilectos tuos probare consueuisti. In qua probatione nō minus diligi debes et laudari: q̄z si celestibus cō solationibus me repleres In te ergo domine deus pono totā spem meam et refugium in te omnez tribulationem et angustiam lineam constituo: q: totū infirmum et instabile inuenio: quicqd extra te cō spicio. Non.n. pderunt multi amici: neqz fortes auxiliarii adiuuare poterunt: neqz prudentes consiliarii responsuz vtile dare: neqz liber doctoꝝ consolari nec aliq̄ p̄ciosa substātia liberare nec loc⁹ aliquis secretus contutari si

tuipse non assistas iuues: confortes consoleris instruas: et custodias. Omnia nanqz que ad pacem videntur esse et felicitatez habendam te absente nihil sunt nihilqz felicitatis in veritate conferunt. Finis ergo omnium bonorum et altitudo vite et pfunditas eloquioꝝ tu es et in te super omnia sperare fortissimum solatiuz seruorum tuorum. Ad te sunt oculi mei in te confido deus me⁹ misericordiarum pater benedic et sanctifica animaz meam benedictione celesti: vt fiat habitatio sancta tua et sedes eterne glorie tue: nihilqz in templo tue dignitatis iueniatur quod oculos tue maiestatis offendat. Scdz magnitudinē bonitatis tue et multitudinē miserationū tuaꝝ respice i me et exaudi orōnē pauperis serui tui lōge exultātis in regione vmbre mortis. ¶Protege et conserua aiam seruuli tui inter tot discrimina vite corruptibilis: ac cōmittāte gratia tua dirige per viā pa-

cis ad patriam perpetue claritatis.

Explicit Liber tertius.

Incipit Liber quartus.

Deuota exortatio ad sacrã corpis xpi cõmunionem. Uox Christi.

Uenite ad me oẽs q̃ laborãti ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiam vos dicit dominus. Panis quem ego dabo caro mea ẽ p mundi vita. Accipite ꝛ comedite hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. hoc facite in meã cõmemorationem. Qui manducat carnem meaꝫ ꝛ bibit meum sanguineꝫ: in me manet ꝛ ego in illo Uerba q̃ ego locut⁹ sum vobis spiritus ꝛ vita sũt.

Cum quanta reuerentia Christus sit suscipiendus. Cap. i.

Hec sunt verba tua b Christe veritas eterna quãuis nõ vno tpe plata nec vno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt verba gratanter mihi ꝛ fideliter cũcta sũt accipienda. Tua sunt ꝛ tu ea ptulisti: ꝛ mea quoqꝫ sunt q: pro salute mea edidisti. Libenter suscipio ea ex ore tuo vt artius inserantur cordi meo. Excitant me verba tante pietatis plena dulcedinis ꝛ dilectionis: sed terrẽt me delicta ppria: ꝛ ad capiẽda tanta misteria me reuerberat impura consciẽtia. Prouocat me dulcedo verboꝝ tuoꝝ sꝫ onerat me multitudo vitioꝝ meoꝝ. Jubes vt fiducialiter ad te accedam si tecũ velim hr̃e parteꝫ: vt imõtalitatis accipiã alimoniã ꝛ eternã cupiã obtinere vitã ꝛ gl̃iã. Uenite i q̃s ad me oẽs q laboratis ꝛ onẽati estis ꝛ ego r̃ficiã vos. O dulce ꝛ amicabile verbũ i aure peccatoris q̃ tu dñe de⁹ me⁹ egenũ ꝛ pauperã iuitas ad cõionẽ tui sanctissimi corpo-

68

ris. Sz quis ego sum do
mine vt ad te presumam
accedere. Ecce celi celo-
rum te non capiunt: ⁊ tu
dicis venite ad me om-
nes. Quid sibi vult ista
pijssima dignatio ⁊ tam
amicabilis iuitatio? Quo
modo ausus ero venire q
nihil boni mihi conscius
sum? Unde possum pre-
sumere? Quomodo te in
troducam in domuz me
am: qui sepius offendi be
nignissimam faciem tuaz
Reuerentur angeli ⁊ ar-
changeli: metuunt sancti
⁊ iusti: ⁊ tu dicis vēite ad
me omnes. Nisi tu do-
mine hoc diceres quis ve
rum esse crederet: ⁊ nisi
tu iuberes quis accedere
attētaret? Ecce Noe vir
iustus in arche fabrica cē
tuz annis laborauit vt cū
paucis saluaretur: ⁊ ego
quomō me potero vna
hora preparare vt mundi
fabricatorem cum reue-
rentia summam. Moy-
ses famulus tuus magnꝰ
⁊ specialis amicus tuus
archam ex lignis imputri
bilibus fecit: quam ⁊ mū
dissimo vestiuit auro vt ta
bulas legis in eis repone
ret ⁊ ego putrida creatu-
ra audebo te conditorez
legis ac vite datorem taz
facile suscipere. Salomō
sapientissimus regum is-
rael magnificum templū
septem annis in laudem
nominis tui edificauit: ⁊
octo diebus festum dedi
cationis eius celebrauit:
mille hostias pacificas
obtulit: ⁊ archam federis
clangore buccine ⁊ iubi-
lo in locum sibi prepara-
tum solēniter collocauit:
⁊ ego infelix ⁊ pauperi-
mus hominum quomo-
do te in domum meam
introducam: qui vix me-
diam expendere deuote
noui horam: ⁊ vtinam vl'
semel digne fere mediaz
O mi deus quantum illi
ad placendum tibi agere
studuerunt. Heu quam
pusillus est quod ago: q̄s
breue expleo tempus cuz
me ad communicanduz
dispono: raro totus colle
ctꝰ rarissime ab omni di-
stractione purgatus. Et
certe in tua salutari dei-

tatis presentia nulla debe
ret occurrere indecens co
gitatio. nulla etiam occu
pare creaturam: quia non an
gelum sed angelorum do
minum suscepturus sum
hospicio. Est tamen val
de magna distantia inter
archam federis cum suis
reliquijs: et mundissimum
corpus tuum cum suis in
effabilibus virtutibus in
ter legalia illa sacrificia
futurorum prefiguratiua
et veram tui corporis ho
stiam omnium antiquo
rum sacrificiorum com
pletiuam. Quare igitur
non magis ad tuam ve
nerabilem inardesco pre
sentiam: cur non maiori
me preparo sollicitudine
ad tua sancta sumenda:
quando illi antiqui san
cti patriarche et prophe
te reges quoque et princi
pes cum vniuerso popu
lo tantum deuotionis de
monstrarunt affectum er
ga cultum diuinum:

Saltauit deuotissimus
rex Dauid coram archa
dei totis viribus: reccolens
beneficia olim indulta pa
ribus: fecit diuersi gene
ris organa: psalmos edi
dit et cantari instituit:
cum leticia cecinit et ipse
frequenter in cithara spi
ritus sancti afflatus gra
tia docuit populum isra
el toto corde deum lau
dare et ore consono die
bus singulis benedicere
et predicare. Si tanta age
batur tunc deuotio ac di
uine laudis extitit recorda
tio coram archa testamen
ti: quanta nunc mihi et omni
populo christiano haben
da est reuerentia et deuo
tio in presentia sacramen
ti in sumptione excellen
tissimi corporis Christi:
Currunt multi ad diuer
sa loca pro visitandis re
liquijs sanctorum et miran
tur auditis gestis eorum
ampla edificia templorum
incipiunt et obsculantur
sericis et auro inuoluta sa
cra ossa ipsorum. Et ec
ce tu presens es hic apud
me in altari deus meus
sanctus sanctorum crea
tor omnium et dominus
angelorum. Sepe in tali
bus videndis est curiosi
tas hominum et nouitas
inuisorum et modicus re

portatur emēdationis fructus marie vbi ē tā leuis sine vera cōtritiōe discursus. Hic autē i sacramēto altaris totus p̄sens es de⁹ meus hō xp̄s Jesus vbi ⁊ copiosus p̄cipitur eterne salutis fruct⁹ quotiēscūq3 fueris digne ac dnote suscept⁹. Ad istud vero nō trahit leuitas aliqua nec curiositas aut sēsualitas: s3 firma fides: dnota spes: ⁊ sincera charitas. O inuisibilis conditor mūdi de⁹ q̄3 mirabiliter agis nobiscū: q̄3 suauiter ⁊ gratiose cū electis tuis disponis: qbus temetip̄3 i sacramēto sumendū p̄ponis. Hoc nāq3 oē3 intellectū superat: hoc specialiter deuotorū3 corda trahit: ⁊ accēdit affectū. Ipsi eni viri fideles tui q totā vitā suā ad emēdationē disponūt: ex hoc dignissimo sacramēto magnā dnotiōis grā3 ⁊ virtutis amorē frequēter r̄cipiunt. O amirabilis ⁊ abscōdita grā sacramēti q̄3 norūt tm̄ xp̄i fideles: ifideles āt ⁊ pctis s̄uiētes expiri n̄ p̄nt. In hoc sacramento

ɔfertur sp̄ualis gr̄a ⁊ reparat̄ in aīa virt⁹ amissa ⁊ p̄ pctm̄ deformata redit pulchritudo. Tāta ē aliqn̄ hec gr̄a vt ex plenitudine collate deuotiōis nō tm̄ mens s3 ⁊ debile corp⁹ vires sibi p̄stitas sētiat ampliores. Dolendū tn̄ valde ⁊ miserandū super te iditate ⁊ negligentia nostra q̄ non maiori affectu trahimur ad xp̄3 sumēdū: i quo tota spes saluandorum ɔsistit ⁊ meritū. Ipse.n.ē sanctificatio nr̄a ⁊ redēptio ipse cōsolatio viatorum ⁊ scōrum eterna fruitio. Dolēdū itaq3 valde q̄ multi tam parum hoc salutare misteriū aduertūt: qd celū letificat ⁊ mūdū cōseruat vniuersū Heu cecitas ⁊ duritia cordis hūani: tā ieffabile donū nō magis attēdes ⁊ ex quotidiano vsu etiā ad iaduertētia defluere. Si.n. hoc scissimū sacramentū i vno tm̄ celebraret̄ loco ⁊ ab uno tm̄ cōsecraret̄ sacerdote i mūdo: quāto putas desiderio ad illū locū ⁊ talē di sacerdotē hoīes afficerē

tur: vt diuina misteria celebrare audirent. Nunc autē multi facti sunt sacerdotes ⁊ ī multis locis offert̄ xp̄s: vt tāto maior appareat gr̄a ⁊ dilectio dei ad hominē: quāto latius ē sacra cōmunio diffusa ꝑ orbē. Gratias tibi bone iesu pastor eterne ꝙ nos pauperes ⁊ exules dignatus es p̄cioso corpore ⁊ sanguine tuo reficere: ⁊ ad hec misteria ꝑcipienda. etiā proprioris tui alloqo iuitare dicēdo Uenite ad me oēs ꝙ laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiā vos.

Quod magna bonitas ⁊ charitas dei in sacramento exhibetur homini. Cap.ij.

Uper bōitate tua ⁊ magna misericordia tua dn̄e cōfisus accedo eger ad saluatorē: esuriens ⁊ sitiens ad fontem vite: egenus ad regem celi: seruus ad dominum: creatura ad creator est: desolatus ad meum pium consolatorem. Sꝫ vn̄ mihi hoc vt venias ad me? Quis ego sum vt prestes mihi teipsum? Quomodo audet peccator coram te apparere: Et quomodo tu dignaris ad peccatorem venire? Tu nosti seruū tuuꝫ ⁊ sanctis quia nil boni in se habet vnde hoc illi prestes? Confiteor igitur vtilitatem meam: agnosco bonitatem tuam: laudo pietatē ⁊ gratias ago propter nimiam charitatem. Propter temetipꝫ enim hoc facis: non propter mea merita: vt bonitas tua mihi magis innotescat: charitas amplior ī geratur: ⁊ humilitas perfectius cōmendet̄. Quia ergo tibi hoc placet ⁊ sic fieri iussisti placet ⁊ mihi dignatō tua ⁊ vtinā iniquitas mea non obsistat. O dulcissime ⁊ benignissime iesu quāta tibi reuerētia ⁊ gr̄aꝝ cū ꝑpetua laude ꝓ susceptiōe sacri corpis tui debet̄ cui⁹ dignitatē nullus hominuꝫ explicare potens inuenit̄ Sꝫ qd cogitabo ī hac cōmuniōe: ī accessu ad dn̄ꝫ meum quē debite vene-

rari nequeo ⁊ tamen de-
uote suscipere desidero.
Quid cogitabo melius ⁊
salubrius nisi meipsum to
taliter humiliando coraȝ
te ⁊ tuam infinitam bo-
nitatem exaltando supra
me. Laudo te dn̄s meus
⁊ exalto ineternum. De-
spicio me ⁊ subiicio tibi i
profundum vilitatis mee
Ecce tu sanctus sancto-
rum: ⁊ ego sordes pecca-
torum ⁊ tu inclinas te ad
me: qui non sum dignus
ad te respicere. Ecce tu
venis ad me tu vis eē me
cū: tu iuitas ad ꝯuiuiū tu
um: tu mihi dare vis cele
stē cibū: ⁊ panē angelorū
ad manducandum non
alium sane q̄ teipsum pa
nem viuum qui de celo
descendisti ⁊ das vitam
mundo. Ecce vnde dile-
ctio procedit: qualis di-
gnatio illucescit: q̄ ma-
gne gratiarum actiones
⁊ laudes tibi pro his de-
bētur. O q̄ salutare ⁊ vti
le consilium tuum cum
istud instituisti: q̄ suaue ⁊
iocundum conuiuium cū
teipsum in cibum dona-
sti. O q̄ admirabilis ope
ratio tua domine quam
potens virtus tua: quam
infabilis veritas tua. Di-
xisti enim ⁊ facta sunt o-
mnia: ⁊ hoc factuȝ est qđ
ipse iussisti. Mirares ⁊ fi
de digna ac humanum
vincens intellectuȝ quod
tu domine deus meus ve
rus de⁹ ⁊ homo sub mo
dica specie panis ⁊ vini i
teger contineris ⁊ sine cō
sumptione a sumēte mā
ducaris. Tu domine vni
uersorum qui nullius ha-
bes indigentiam voluisti
per sacramentum tuum
habitare in nobis: conser
ua cor meuȝ ⁊ corpus me
um immaculatum: vt le-
ta ⁊ pura conscientia se-
pius valeam tua celebra
re mysteria: ⁊ ad meam
perpetuam accipere salu
tem: q̄ ad tuam precipue
honorē ⁊ memoriale ꝑ-
henne sanxisti ⁊ institui-
sti. Letare anima mea ⁊
gratias age deo pro tam
nobili munere ⁊ solatio
singulari in hac lachry-
marum valle tibi relicto.
Nam quotiens hoc my
steriū recolis ⁊ christi cor
pus accipis totiēs tue re-

demptionis opus agis ꝛ particeps omnium meritorum christi efficeris. Charitas etenim christi nunquā minuitur: ꝛ magnitudo ꝑpitiationis ei⁹ nūquā exhauritur. Jdõ noua semper mentis renouatione ad hoc dispõnere te debes ꝛ magnū salutis misterium attenta consideratione pensare. Jta magnum nouū ꝛ iocundum tibi videri debet cū celebras aut missam audis ac si eodē die christus primū in vterū virginis descendens homo factus esset: aut ī cruce pēdens pro salute hominum pateretur ꝛ moreretur.

Quod vtile sit sepe cõmunicarer Ca. iij.

Ecce ego venio ad te domine vt bene mihi sit ex munere tuo ꝛ letificer in cõuiuio sancto tuo quod parasti in dulcedine tua pauperi deus. Ecce in te est totū quod desiderare possum ꝛ debeo: tu salus mea ꝛ redemptio: spes ꝛ fortitudo: decus ꝛ gloria. Letifica ergo hodie animam serui tui quoniam ad te domine ihesu animam meam leuaui. Desidero te nunc deuote ac reuerenter suscipere: cupio te in domum meam introducere: quatenus cū zacheo merear a te benedici ac inter filios abrahe computari. Anima mea corpus tuum concupiscit cor meum tecum vniri desiderat. Trade te mihi ꝛ sufficit. Nam preter te nulla consolatio valet: sine te esse nequeo: ꝛ sine visitatione tua viuere non valeo. Jdeoque oportet me frequēter ad te accedere ꝛ in remediū salutis mee recipere ne forte deficiam in via si fuero celesti fraudatus alimonia. Sic enim tu misericordissime iesu predicans populis ꝛ varios curans languores aliquando dixisti. Nolo eos ieiunos dimittere in domū suam ne deficiant in via. Age igitur hoc mõ mecum q̄ te ꝑ fideliū consolatione in sacramento reliqsti. Tu es. n. suauis re

fectio aie: ꝛ qui te digne manducauerit particeps ꝛ heres erit eterne glorie. Necessariũ qdẽ mihi ẽ qui tã sepe laboro ꝛ pecco tã cito torpesco ꝛ deficio: vt ꝑsequẽtes orationes ꝛ ꝯfessiões ꝛ sacrã tui corporis ꝑceptionem me renouẽ mundẽ ꝛ accendã: ne forte diuti⁹ abstinẽdo a scõ ꝓposito defluã. Proni. n. sunt sensus hominis ad malũ ab adolescẽtia sua: ꝛ nisi succurrat diuina medicina: labit̃ hõ mox ad peiora. Retrahit ergo sancta cõmunio a malo: ꝛ confortat i bono. Si. n. mõ tã sepe negligẽs sum ꝛ tepidus qñ cõmunico aut celebro: qd fieret si medelã nõ sumerẽ ꝛ tam grãde iuuamẽ nõquererẽ. Et lꝫ omni die non sim apt⁹ nec ad celebrandũ bene dispositus: dabo tñ operã cõgruis tꝑib⁹ diuina ꝑcipere misteria ac tãte gratie ꝑticipẽ me exhibere. Nã hec ẽ vna principalis fidelis aie ꝯsolatio q̃diu ꝑegrinat̃ a te imortali corpore vt sepius memor dei sui: dilectũ suũ deuota suscipiat mente. O mira circa nos tue pietatis dignatio q̃ tu dñe deus creator ꝛ viuificator oium spirituũ ad pauperculam dignaris venire aiaꝫ ꝛ cũ tota deitate tua ac humanitate eius impinguare esuriẽ. O felix mens ꝛ btã aia q̃ te dominũ deũ suũ meret̃ deuote suscipere ꝛ i tua susceptiõe spiritali gaudio repleri. O quã magnum suscipit dñm: q̃̄. dilectũ iducit hospitẽ: q̃̄ iocundũ recipit sociũ: q̃̄ fidelẽ acceptat amicũ: q̃̄ speciosũ ꝛ nobilẽ amplectit̃ sponsum pre oib⁹ dilectis ꝛ suꝑ oía desiderabilia amãdũ. Sileant a facie tua dulcissime dilecte meus celũ ꝛ terrã ꝛ oís ornat⁹ eoꝝ: qm̃ qcqd laudꝭ habẽt ac decoris ex dignatione tue ẽ largitatis: nec ad decorẽ tui ꝑueniẽt nois: cui⁹ sapie ñ ẽ numerus.

Q ȝ multa bõa p̃stant̃ deuote cõicãtib⁹. Ca. iiij

Domine deus me⁹ p̃ueni eũ tuũ in bñdictõib⁹ dulce-

dinis tue vt ad tuū ma-
gnificū sacramētū digne
ac deuote merear acce-
dere. Excita cor meū in
te: ⁊ a graui corpore erue
me. Uisita me ī salutari
tuo ad gustandū ī spū tu
am suauitatē: que ī hoc
sacramēto tanq̄ ī fonte
plēarie latet Illūina quoq̄
oculos meos ad ituē-
dū tātū misteriū ⁊ ad cre
dendū illud īdubitata fi-
de me robora. Est.n.o
peratio tua nō hūana po
tētia: tua sacra institutio
nō hoīs adiuentio. Nō
eni ad hec capiēda ⁊ in-
telligenda aliq̄s idoneus
p se repit q̄ āgelicā etiā
subtilitatē trāscendunt.
Quid ergo ego pctōr īdi
gnus terra ⁊ cinis de tā
alto sacro secreto potero
iuestigare ⁊ cape? Dñe ī
simplicitate cordis: ī bōa
firma fide ⁊ ī tua iussiōe
ad te cū spe ⁊ reuerentia
accedo: ⁊ vere credo q̄a
tu p̄sens es hic ī sacram
to de⁹ ⁊ hō. Uis ergo vt
te suscipiā ⁊ meipm tibi ī
charitate vniā. Uñ tuaꝫ
p̄cor clemētiā ⁊ specialē
ad hoc iploro mihi dona
ri grāꝫ vt totus ī te liq̄fi
am ⁊ amore p̄fluā atq̄
de nulla aliena cōsolatio
ne ampli⁹ me ītromittā
Est.n.hoc altissimū ⁊ di
gnissimū sacramētū sal⁹
aie ⁊ corporis: medicina
oīs spiritualis lāguoris: ī
quo vitia mea curant:
passiōes frenant: tētatio
nes vicunt ac minuunt
gr̄a maior ifundit: virt⁹
icepta auget. firmat fi
des: spes roborat: ⁊ cha
ritas ignescit ac dilatat.
Multa naq̄ bona largi
tus es ⁊ adhuc sepius lar
giris in sacramento dile
ctis tuis deuote cōmuni
cantibus deus meus su
sceptor anime mee: re-
parator infirmitatis hu-
mane ⁊ totius dator con
solationis in eterne.
Nam multam ipsis cō
solationem aduersus va
rias tribulationes infun
dis ⁊ de imo deiectio-
nis proprie ad spem tue
protectionis erigis atq̄
noua q̄dā gr̄a eos itus re
creas ⁊ illustras vt q an
xij p̄mū ⁊ sine affectiōe
se ante cōmunionē sense
rāt: postea r̄fecti cibo po

tuq; celesti in melius se mutatos iueniāt. Quod icc irco cuz electis tuis ita dispensanter agis ut veraciter agnoscant ⁊ patēter expiātur q̄ nihil ex se metipsis habeant ⁊ quid bonitatis ac gratie ex te consequātur q: ex semet ipsis frigidi duri ac inde uoti: ex te autem feruentes alacres ⁊ deuoti esse merentur. Quis eniz ad fontem suauitatis humiliter accedens non modicum suauitatis inde reportat? Aut qs iuxta ignē copiosum stans non parum caloris inde percipit Et tu fons es semper plenus ⁊ supabundans ignis iugiter ardens ⁊ nunq̄ deficiens. Unde si mihi non licet haurire de plenitudine fontis nec vsq; ad sacietatem potare: apponam tamen os meuz ad foramen celestis fistule vt salutem inde guttulaz modicam capiam ad refocillandam sitiz meam vt non penitus exarescaz Et si necdum totus celestis ⁊ tam ignitus vt seraphyn ⁊ cherubyn eē pos

sum: conabor tamen deuotioni isistere ⁊ cor meum prepapare vt vel modicam diuini incendij flāmam ex humili sumptione viuifici sacramenti cōquiram. Quicquid autez mihi deest bone Jesu sal saluator sanctissime tu pro me supple benigne ac gratiose: q omnes ad te dignatus es vocare dicens. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. Ego quidez laboro in sudore vultus mei dolore cordis torqueor: peccatis oneror: temptationibus inquietor: multis malis passionibus implicor ⁊ premor: ⁊ non est qui adiuuet: non est qui liberet ⁊ saluum faciat nisi tu domine deus saluator meꝰ cui committo me ⁊ omnia mea vt me custodias ⁊ perducas in vitam eternam. Suscipe me in laudem ⁊ gloriam nominis tui qui corpus tuuz ⁊ sanguinem in cibum ⁊ potū mihi parasti. ¶Presta domine deus salutaris meus: vt cum frequentatio

ne misterij tui crescat deuotionis mee affectus.

De dignitate sacramenti et statu sacerdotali. Ca. v.

Si haberes angelicam puritatē et sancti Joannis baptiste sanctitatem: non esses dignus hoc sacramentum accipe nec tractare. Nō enim hoc meritis debetur hominum quod homo consecret et tractet Christi sacramentum et sumat in cibum panem angelorum. Grande misterium et magna dignitas sacerdotum: quibus datum ē quod angelis non est cōcessum. Soli nanque sacerdotes in ecclesia rite ordinati potestatem habent celebrandi et corpus Christi consecrandi. Sacerdos quidem minister est dei vtens verbo dei per iussionem et institutionem dei. Deus autem ibi principalis est auctor et inuisibilis operator cui subest oē qđ voluerit et paret oē qđ iusserit. Plus ergo credere debes deo oipotēti i hoc excellētissimo sacramento quam proprio sensui aut alicui signo visibili. Ideoque cum timore et reuerentia ad hoc opus est accedendum. Attende igitur et vide cuius ministerium tibi traditum est per impositionem manus episcopi. Ecce sacerdos factus es et ad celebrandum cōsecratus: vide nunc vt fideliter et deuote in suo tempore deo sacrificium offeras et teipsum irreprehensibilem exhibeam. Non alleuiasti onus tuum: sed artiori iam alligatus es vinculo discipline: et ad maiorem teneris perfectionem sanctitatis. Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus et alijs bone vite exemplū prebere. Eius conuersatio non cum popularibus et communibus hominū vijs: sed cum angelis in celo aut cum perfectis viris in terra. Sacerdos sacris vestibus indutus christi vices gerit: vt deum pro se et pro omni populo supplicite et humiliter roget habet nanque ante se et retro dominice crucis signū ad memorandam iugi-

ter Christi passionē. Ante se crucem in casula portat vt Christi vestigia diligenter inspiciat ꝛ sequi feruenter studeat. ¶Post se cruce signat⁹ est vt aduersa q̄libet illata ab alijs clementer pro deo toleret. Ante se crucem gerit vt propria peccata lugeat post se: vt aliorum etiam commissa per compassionem defleat: ꝛ se mediuz inter deum ꝛ peccatorez constitutū esse sciat: nec ab oratōe nec ab oblatione sctā torpescat: donec gratiam ꝛ misericordiaz impetrare mereatur.

Quando sacerdos celebrat: deum honorat: angelos letificat: ecclesiam edificat: viuos adiuuat: d̄functis requiez prestat ꝛ sese omnium bonoꝝ participem efficit.

Interrogatio d̄ exercitio an̄ cōionez. Cap. vj.

Cum tuam dignitatem dn̄e ꝛ meam vtilitatem pēso: valde ɔtremisco ꝛ in meipso confundor. Si. n. nō accedo: vitam fugio: ꝛ si indigne me ingessero offensam incurro. Quid ergo faciam deus meus auxiliator meus ꝛ consiliator i necessitatibus? Tu doce me viam rectā propone breue aliquod exercitium facere cōioni congruum. Utile est. n. scire qualiter scilicet deuote ac reuerēter tibi preparare debeā cor meū ad recipiēdū salubriter tuū sacramētum seu etiā celebrādum tam magnū ꝛ diuinum sacrificium.

De discussione proprie conscientie ꝛ emendationis ꝓposito. Cap. vij

Super oīa cū summa humilitate cordis ꝛ supplicij reuerentia: cū plena fide ꝛ pia intentōe honoris dei ad hoc sacramentū celebrādū tractandū ꝛ sumēduz oportet dei accedere sacerdotē. Diligēter examina cōscientiā tuā ꝛ ꝓpose tuo vera ɔtritōe ꝛ humili cōfessione eā nuda ꝛ clarifica ita vt nil graue habeas aut scias qd̄ te remordeat ꝛ libeꝝ accessuz ipediat. Habeas displicētiam oīuz pcōꝝ in gene

rali ꝛ pro quotidianis ex-
cessibus magis in specia-
li doleas ꝛ gemas. Et si
tps patit: deo in secreto
cordis cuctas ↄfitere pas-
sionu tuaꝝ miserias. In-
gemisce ꝛ dole qꝫ ad hoc
ita carnalis sis ꝛ mūdanꝰ
tā imortificatꝰ a passioni
bus: tā plenꝰ ↄcupiscētia
rum motibus: tam incu-
stoditꝰ in sensibꝰ exterio-
ribus tā sepe multis va-
nis fantasijs implicatꝰ: tā
multū inclinatus ad exte
riora: tam negligēs ad in
teriora: tam leuis ad risuȝ
ꝛ dissolutionē: tā durꝰ ad
fletū ꝛ cōpūctōeȝ: tā ꝓm
ptus ad laxiora ꝛ carnis
cōmodatā segnis ad rigo
rē ꝛ feruorē tā curiosꝰ ad
noua audiēda ꝛ pulchra i
tuēda: tā remissus ad hu-
milia ꝛ abiecta amplectē
da: tā cupidꝰ ad mlta ha
bēda: ꝛ tā parcꝰ ad dan-
dū tā tenax ad retinēduȝ
tā incōsideratꝰ in loquē-
do: tā incōtinens ad tacē
dū: tā incōpositꝰ in mori-
bus: tā iportunꝰ in actibꝰ
tā effusus super cibū: taȝ
surdus ad dei verbū: taȝ
velox ad qetē: tā tardꝰ ad
laborem: tam vigilans ad
fabulas: tā somnolentus
ad vigilas sacras: tā festi
nus ad finē: tam vagus
ad attendendū: tā negli-
gens in horis ꝑsoluendis
tam tepidus in celebran-
do: tam aridus in cōican
do: taȝ cito distractus: tā
raro tibi bene collectus:
tā subito cōmotus ad irā
tam facilis ad alterius di
splicētiam: taȝ pronus ad
iudicādum: tam rigidus
ad arguendum: tam letꝰ
ad prospera: tam debilis
in aduersis: taȝ sepe mul
ta bona proponens ꝛ mo
dicum ad effectum per-
ducens. His ꝛ alijs defe
ctibus tuis cum dolore ꝛ
magna displicentia pro-
prie infirmitatis confessis
ad deploratis firmuȝ sta
tue propositum semper
emendadi vitam tuam ꝛ
in melius proficiendi.
Deinde cum plena resi-
gnatōe ꝛ integra volun-
tate offer teipsum in ho-
norē nominis mei in ara
cordis tui holocaustū ꝑ-
petuum: corpus tuum sci
licet ꝛ aiam mihi fideli-
ter committendo: quate-

nus sic digne merearis ac offerendum deo sacrificium accedere ꝛ sacramentum corporis mei salubriter suscipere. Non est.n. oblatio dignior ꝛ satisfactio maior ꝓ peccatis diluendis q̄ seipsum pure ꝛ integre cum oblatōe corporis Christi in missa ꝛ in cōmunione deo offerre. Si homo fecerit quod in se ē ꝛ vere penituerit quotienscūqꝫ pro venia ꝛ gratia ad me accesserit: viuo ego dicit dominus: quia nolo mortem peccatoris sed magis vt conuertat̄ ꝛ viuat: quoniam peccatorum suorum non recordabor amplius sed cuncta si indulta erunt.

De oblatione Christi in cruce ꝛ propria resignatione. Cap.viij.

